Inconsyderatum igitur aggressus iter, in insolitum, atque asperum immigrat montem. Ubi si solus est, cum taedio, et inedia rem habet, si socii sunt, adeo istiusmodi instituti maior pars morosa, et patinis intenta esse cernitur, ut nihil foedius. quid agat miser? Remigrabit? ad antiquum, ut dicitur, remeabit praesepe?	seemed monstrous and too little steadfast for them.* So having set out on an ill-advised journey, he relocates onto an unusual and harsh mountain. Where if he is alone, he keeps the thing/ place with boredom and fasting; if there are companions, of that kind of institution ytuly the majority is seen to be hard to please, and intent on platters [receptacles, i.e. food*], so that nothing is more revolting.* What can a poor man do? Will he move back? Will he go back to his ancient crib, as one says?
Conarus mons testis est. Testis Balduinectus de iis quae sub illius auspicio, turpissime peraguntur. Censes ne ó amice maiestatis illius divinae oculum, tam tetra latere? putasne illum tantas in bono viro animi conflictationes amare, an secus, quod quidem magis verisimile est? Sed ad meliora nostra connivet aliquando deus, qui paternum, ut ait Seneca, habet adversus bonos viros animum: ut fortius, pene in nostras prolapsi manus, calamitatibus resistamus. Ecce inquit, dignum spectaculum ad quod respiciat in-	[Monte] Conaro is a witness (<i>testis</i>). [Monte] Balduina is a witness (<i>testis</i>) of those things that under its auspices were concluded most shamefully. ¹⁷⁷ Don't you think, friend, the eye of that divine majesty lurks in such foul [places]? Don't you suppose that it either loves such struggles of the soul (<i>animi</i>) in a good man, or in a different way (<i>secus</i>), because indeed it appears more truthful?* But for our better [interests], god sometimes lies dormant, he who has, as Seneca says, a paternal mind (<i>animum</i>) toward good men. ¹⁷⁸ So that more boldly, having almost (<i>pene</i>) slipped out into our hands, let us resist downfalls. Behold, he said, a worthy spectacle at which
{page 78} {p. E vii v} Pomilio 7	{page 78} {p. E vii v} Pomilio 7
tentus operi suo deus, Vir fortis cum mala fortuna, compositus.	god may look back intent upon his work: a brave Man, composed when [there is] misfortune.*
MISO. Ne me aspicias Theolepte.	Misoponus: Don't look at me, Theoleptus.
TH. de perfectissimo rerum statu Phileremum disputare existimo.	Theoleptus: I think Phileremus [is] to debate about the extremely perfect state of things.

¹⁷⁷ Possible reference: Balduina was the highest hill in Rome, NW of the Vatican, now Monte Mario; site of brickworks, used in constructing St. Peter's Basilica; the Wikipedia site for Balduina states that the name originated from Baldovino Ciochi del Monte (1485-1556), who owned vast terrain on the mount and whose brother would become Pope Julius III. The vocabulary in the section appears to be full of code words beginning with *testis* (witness; testicle) and continuing down to *pene in nostras prolapsi manus*.

¹⁷⁸ Seneca, *De Providentia* 2.6.

<p>PH. Iam dixi. alioqui nimium forsitan atrox, ac parum aequus censor esse religiosorum, in communem vitae consuetudinem viderer, maxime. Placet, fateor, mediocritas, ut nunc est usus: sed longe libentius, quae ad altissima exeunt vitae instituta, et amplector, et veneror [errata corrects from venenor]. Quis vetat hosce nostros vivendi mores, cum aucta omnia senescant, et ad mortem properent, a primis aliquando patrum defecisse vestigiis, dicere? quod si moleste auditur, causemur saltem tempora. Illa quidem perfecta, nostra imperfecta. Tunc labor: inedia: virtus. nunc ocium, luxus, vicium. fallor, an sic est? Ehodum ò Theolepte, quid animo versas?</p>	<p>Phileremus: I've already spoken. Perhaps I may seem in some respects too cruel and an insufficiently fair censor of the religious/ clergy particularly in [this] shared intimacy of life. Moderation is pleasing, I admit, as is now the practice, but much more willingly, I embrace and I venerate those [practices] that go forth toward the loftiest practices of life.* What prevents these customs of ours for living, since all things that have been exalted grow weak and hasten toward death, from saying that the first vestiges of our fathers have at length run short/ come to nothing.¹⁷⁹ But if it is heard in a vexing manner, let us accuse the times in all events. Those [times] were indeed perfect, ours are imperfect. Then it was work, fasting, virtue; now it is leisure, luxury, vice. Am I wrong, or is it so? Hey there, Theoleptus, what are you turning over in/ with your soul?</p>
<p>TH. dicam, ut subita dici solent. Principio cum vir sapiens, cui iam propter diuturnam cum vitiis, pugnam, et nonnunquam victoriam, arrogans, et effraenis variarum rerum appetitio, cedere occoepit, consultat animo, an in deligendo reliquae vitae modo, hoc vel illud ingrediendum sit iter. antequam deliberet, ac propositum omnino stabiliat, figatque (multarum enim horarum res haec est) complura consideranda esse existimat, sed cum primis an utile futurum sit, quod inchoare intendit, si utile an honestum, quamquam ne illud utile esse videri potest, quod honestum idem non sit: nam ubi turpitudine, ibi utilitatem esse non posse, est censendum. Atque si honestum utilitati non re-</p>	<p>Theoleptus: I will tell you, as impromptu things are usually to be spoken. In the beginning when a wise man, for whom on account of a long fight with vice, and on occasion, a victory, arrogantly and with an unrestrained appetite for various things begins to yield, he deliberates in his mind/ with his soul (<i>animo</i>), whether in choosing presently about the rest of his life, this road or that should be undertaken. Before he may decide, and make wholly firm the proposed [path], and establish [it] (for this is a matter of many hours), he thinks [that] a number of things must be considered, but among the most important is whether what he intends to get started will be useful; if it is useful, whether it is honorable – although a thing cannot be seen to be useful, which is not likewise honorable, for where there is turpitude, one must reckon there cannot be utility. And if an honorable [thing] does not disagree with utility, whether</p>
<p>{page 79} {p. E viii} Pomilio 7</p>	<p>{page 79} {p. E viii} Pomilio 7</p>

¹⁷⁹ Cf. below, p. 94.

<p>pugnat, an ipsius naturae conveniat, si gloriae, si pudori, si multis, an sibi soli denique conducere videatur: siquidem ad colendum commune bonum magis, quam proprium, nos esse natos credimus: in quo quidem divinae partis igniculus quidam in nobis elucet maxime. Sed omnibus iis postpositis, de illo si placet videamus: qui et si caetera pleraque quae supra memoravi, satis sibi favere opinatur, parum tamen pensi habuit, cum de viribus, et conditione propriae naturae deliberandum fuit. nam quid aliud est bellare cum gigantibus quam naturae repugnare?</p>	<p>it may agree with nature itself, if with glory and decency, or lastly whether it is seen to be profitable for many or for itself alone.* Accordingly, we believe ourselves to have been born more for cultivating the common good, than [our] own, in which indeed a certain little fire of the divine part shines forth expressly within us. But all these things having been put aside, let us see about that one, whether it is pleasing, and who, even if he thinks the many other things which I have mentioned above support him enough, nevertheless considered it too little weighed, when the strength and condition of his nature was considered.* For what else is it to wage war against giants, than to fight against nature?</p>
<p>Argute igitur a Plutarcho illud, [sic] oportet inquit unumquemquam ad suam ipsius naturam accomodare: neque ad alterius vitae rationem cogere: etiam si sint alia meliora ut ait Cicero tamen nos nostrae regulae naturae metiamur. Accidit ergo quod vir bonus, alioqui caeteris in rebus, vel prudens, vel cautus, cum ad excellentiora anhelat, atque animum dirigit, humiliora non considerans, hoc est se esse hominem, a caepto plerunque retrocedit, et in iis peccat quae facillime insipientissimus quisque caveret, et ab se se abigeret.</p>	<p>So that [was put] cleverly by Plutarch: It is necessary, he said, for each and every one to adapt to his own nature, and not to force on [himself] the plan of another life.¹⁸⁰ Even if there are other better plans, as Cicero says, still we should measure ourselves by the standards of our own nature.¹⁸¹ Now, it happened that a man [who is] good generally in other things, wise even or careful, when he pants for more excellent things, and directs his soul, not considering more humble things, that is, that he himself is a man, often falls back from what was begun, and sins in those things which the most foolish person would have easily avoided and would have driven away from himself.¹⁸²</p>
<p>Ex quo nascitur illa tam tristis animi deiectio, ac desperatio: ut ea etiam quae per se</p>	<p>From where such sad down-casting and hopelessness of the soul originates, so that even</p>

¹⁸⁰ Plutarch, *Life of Cicero*, 5.1, in which he reports that a Pythian priestess told Cicero to make his own nature his guide for living, not the opinion of the multitude.

¹⁸¹ Ref. to Cicero, *De Officiis* 1.110.

¹⁸² The phrase, "hoc est se esse hominem" is reminiscent of the *Commentary on Aristotle's Metaphysics* by Thomas Aquinas, Book 4.7, 336-9, cf. "And if *being a man* and *not being a man* are to be one, they must signify one thing." Translated by John Rowan, 1961, <http://dhspriority.org/thomas/Metaphysics.htm>.

<p>lucent, ac in triviis versantur, obfusca, et inaccessa esse videantur. Perturbationes quidem multae sunt (quis negat?) in curandis rebus domesticis, domi. Sunt molestiae coniugii, sunt filii haud raro inutiles, aut stulti saepe, sunt sexcenta alia tranquillitatem animi perturbantia. At contra, quis vel mediocriter sui compos est, qui non advertat,</p>	<p>these things which emit light by themselves and dwell in crossroads, seem darkened and inaccessible. Indeed there are many disturbances (who denies this?) regarding attending to domestic matters, at home. There are spousal troubles, there are children not seldom worthless, or often stupid; there are six hundred other disturbances of the soul. But conversely, anyone who is even moderately in possession of himself, who would not turn around</p>
<p>{page 80} {p. E viii v} Pomilio 7</p>	<p>{page 80} {p. E viii v} Pomilio 7</p>
<p>rebus iam maxime seriis, ad extremum usque prolapsis, satius esse, atque honoratius cuiusvis homines instituti, inter domesticos mores, et eiusdem patriae cives consenescere, quam ad poenitentiam saepe tam diversorum hominum, et plerumque ignobilium multitudinem sine delectu confugere: inter quos, qui incolumem a turbis agit vitam, beatus [sic, missing period*] Quidam ex nostris, vir sane multae doctrinae, ac experientiae, solitus est dicere, nostri ordinis viros olim parum profecisse reputatos, nisi ad optimam, et summam vitae perfectionem etiam brevi convolassent.</p>	<p>when things are already especially serious, right up to when they have slipped out, men of whatever institute you like, more satisfactorily and more honorably grow old/ weak together amid domestic customs and citizens of the same country, than frequently having recourse to regretting so much a multitude of diverse and generally unexceptional men without distinction, among whom one leads a life unharmed by the crowds, happy.* A certain one of ours, by all means a man of ample learning and experience, is wont to say, men of our order were once thought to have accomplished too little, if they did not rush together, even though briefly, to the highest and most excellent perfection of life.</p>
<p>nunc vero satis quodammodo facere, ut a probro insigni caveant. adeo tantae molis robur evulsum est, et emasculatum. adeo inquam eviratus est sancte on, et in nefandae (malum) Dalidae sinu soporatur miser.</p>	<p>But now it is enough to do it in a certain way, so that they are on guard against conspicuous disgrace. The strength of so great a mass [of people*] is thus torn out and emasculated. Thus, I say, Samson is deprived of virility, and the wretch is put to sleep on the breast of impious (wicked) Delilah.*</p>
<p>PHIL. Inter nos id accidit, ó bone, quod inter nautam, et militem saepe accidere videmus. Is dum maris nauseam comminiscitur: ille armorum bella: Alter suos nimbos: suos aethesios suasque tempestates: alter acies, balistas, et horrendas tormentorum machinas contra connumerat. Eodem fere* modo inter nos lachrymabilis, seu magis,</p>	<p>Phileremus: Among us it happens, O good man, what we often see happen between a sailor and a soldier. While this one alleges seasickness, that one armed warfare. One his rainstorms, the other his seasonal winds and his storms, another in reply counts up battle lines, catapults and the horrendous machines of tortures. In nearly the same way there is something tear-jerking among</p>

quam Thebais ipsa, lachrymabilior recitatur tragoedia, tanto atrocior, quanto in totius orbis theatro: et circumspectantibus omnibus, peragitur.	us now, or rather a tragedy is recited, more tear-jerking than Theban tragedy itself, much more frightening as it is carried on in the theatre of the whole world, and with everyone watching all around.
Videsis num aliud in conviviis popularibus, ludibrio, et risu dignius existimetur, quam sacrorum candidatos mordere? Quae scommata in principum aulis hoc nomine vacant? quis, pro dei fidem: ex sordidioribus etiam cupedinariis preteruntem* [praetereuntem?] monachum	Do you see anything thought to be more worthy of mocking and laughter in popular gatherings, than candidates of sacred rites carping?* What jeers in the halls of princes lack this cause for complaint?* Who, for the faith of god, because of even smuttier and more delectable witticisms, does not reproach a monk passing by
{page 81} {p. F} Pomilio 7	{page 81} {p. F} Pomilio 7
dicteriis non incessit, ac quasi manu impingit? Porro, quod hominum genus iam usque ad latrinas turpe, tam vile, tam infame, tam inglorium reputatur, quam hi sunt, qui barba, ac pulla obsoleti veste anachoriticam mentiuntur vitam. Vidi quosdam mei nominis viros, in cuiusdam principis domo, popinariam exercere: quosdam in hispanorum exercitu calones: quosdam lixas: alios item apud Episcopum quendam in Piceno parasitos, ac assentatores gnatonicos, etiam usque ad lenoniam impudentiam prostitutos. Vis uno verbo tandem rei summam? Emptores: Venditores: licitatores. me habes.	and, as if with a hand, strike [him]?* Furthermore, because the human race is now thought to be as shameful even as latrines, as vile, as disreputable and as inglorious as these men are, who simulate the Anchorite life, with a shabby un-dyed wool tunic and a beard. I have seen some men of my name, in the house of a certain prince, practicing cooking, [and] some [as] soldiers' servants in the Spanish army, some [as] camp followers, others, parasites at the home of a certain Bishop of Piceno, and Gnatho-like yes-men, even those who were prostitutes to a pimp's shamelessness. ¹⁸³ Do you want the substance of the thing in a word? Buyers. Sellers. Bidders. You have [it from] me.*
TH. horret animus cum haec audio. Ecquae* igitur vita censenda erit ab bene, beateque vivendum idonea, et tota sibi ipsi similis, ac consentiens? Si cives spectas, eorundem oppressionibus, et gravissimis vectigalibus, nil iam auditur inclementius: tam late regnat in principibus nostris, seu necessitas, seu crudelitas appellanda sit. Si magistratus. Quis quaeso, ex afris etiam servis, sua non obit munera, et liberius, et magis ingenue?	Theoleptus: My mind shudders when I hear these things. And so what life therefore will be reckoned suitable for living well and happily, [a life] entirely resembling itself, and harmonious?* If you consider the citizens, with oppressions and extremely heavy taxes of their own, nothing now is heard to be less merciful, whether it should be called necessity or cruelty, it reigns so far and wide in our princes.* If [you consider] the magistrates. Who, I ask, does not attend to his payoffs even from African slaves, both rather

¹⁸³ Gnatho, the quintessential parasite from Terence's *Eunuchus*.

Claustra prorsus corrupta sunt. Eremitae destitutae.	freely and more frankly. The cloisters are utterly corrupt. Hermitages abandoned.*
De immensa vero sacerdotum multitudine, parum abest quin dicam partem eorum quam maximam adeo vel ignaviae, vel luxui, vel, quod forsitan minus tollerabile est, tum inscitiae, tum ignorantiae obnoxiam, ut nihil ab opilionum vita (bonos semper excipio) eorum vita distare videatur. Ad haec, si qui boni sunt, sunt quidem multi, tanta iam decimarum mole atteruntur, quod vix vivere liceat. Pontifex item ipse maximus, beatissimae ne appellationis nomen	But about the immense multitude of priests, I could almost say that the greatest part of them is guilty to such an extent of laziness or luxury, or, what is perhaps less tolerable – of both inexperience and ignorance, that nothing seems to separate a shepherds' life (I exclude the good ones) from their life. To these things, if there are any good men, there are indeed many, they are now being worn down by so great a mass of tithings, that they are barely allowed to live. Likewise is the Supreme Pope himself capable of sustaining the name of the most blessed title,
{page 82} {p. F i v} Pomilio 7	{page 82} {p. F i v} Pomilio 7
sustinere est potis, in tot bellorum fragoribus, ac insidiarum damnis? quid minus beatum tali beatitudine, quae nunquam, ne unguem quidem latum, ab aerumnis vacat? Scite itaque Cic. possunt ne inquit, esse beati angores? sollicitudines? diurni, et nocturni metus? vita insidiarum, periculorumque plenissima? Ex quo, ut aliquid per excelsum dicam, tam sublimes titulos, mortalium nemini, sed solis coelitibus convenire, intelligi potest. Propterea si daretur optio ò Philereme, quam ex supramemoratis, obsecro?	in so many clashes of wars, and treacherous injuries?* What is less blessed than such blessedness, which is never free, not even a nail's breadth, from calamities. Do you know therefore, Cicero said, can there be happy anxieties? [Happy] concerns? Daily and nightly terrors? A life extremely full of traps and dangers? From which it can be understood, so that I may say something by way of the exalted, such lofty titles are suitable to no mortals, but to the gods alone. Therefore, if a choice were given, O Phileremus, I beseech [you], which of those mentioned above [would you choose]?*
PH. hem quam?	Phileremus: How's that?
TH. Civilem ne?	Theoleptus: Public/ Civilian?
PH. Minime.	Phileremus: Not in the least.
THE. Praetor forsitan, aut Censor placet?	Theoleptus: Perhaps praetor is satisfying, or Censor?
PH. Nec hoc.	Phileremus: Not this.
TH. Rex?	Theoleptus: King?
PHI. ludis operam.	Phileremus: A job for sport.
TH. quid tandem? Papa?	Theoleptus: What then? Pope?
PH. Papé tam vastam sedem, nec nisi diis concessam me ne?	Phileremus: Oh my/ Pope? not unless such a vast* seat is permitted me by the gods.*

<p>TH. Sed quid, si ad Episcopatum voceris, ut olim ab intimis solitudinum visceribus, nostri evocabant anachoritas, quemadmodum suos ab aratro, et scamno romani, imperatores?</p>	<p>Theoleptus: But what if you are called to the Bishopric/ Episcopate, as once our men called forth Anchorites from the deep bowels of solitude just as Romans called emperors from the plow and the plow-ridge?</p>
<p>PHI. dicam ingenue: Altior quidem gradus est, quam* quem merita hominum aequare possint: Tamen si concedis Episcopos omnes eiusdem esse farinae, cum Episcopo civitas, cui nomen a cubito est: Malo, si diis placet, ex spinis sertum cum Iesu meo, quam mitram gestare capite. Et ne te in supervacaneis morer, Taedet harum quotidianarum formarum, ut verbis utar illius adolescentis terentiani. Verum enim vero, et si Respub. Christiana, veluti quaedam diluvii arca, variis, ac diversis intercisa cubiculis, diaetisque, esse videatur, in unum tamen cubitum, ac culmen, et id quidem per acutum fa-</p>	<p>Phileremus: I will speak frankly: indeed the position is loftier, than what the merits of men would be able to equal. Yet if you grant that all Bishops are of the same stuff, [and] along with the Bishop the community, whose name is from “cubit”; I prefer, if it pleases the gods, to wear a crown of thorns on my head with my Jesus, rather than a miter.¹⁸⁴ And lest I delay you in superfluous things, these everyday shapes are boring, to use the words of that Terentian adolescent.¹⁸⁵ But, indeed, in truth, even if the Christian Republic should seem to be like some ark of the flood, partitioned into different cubicles (bedrooms) and living rooms, in one cubit however, and also one peak, and it will be fitting that this indeed be both sharply tapered</p>
<p>{page 83} {p. F ii} Pomilio 7</p>	<p>{page 83} {p. F ii} Pomilio 7</p>
<p>stigiari, et perfici consentaneum erit: ut una sit columba sine macula, et ruga. Numquam enim mihi persuadere potui ò optime, aliam esse viam perveniendi ad bravium illud, ab uno, ut ait Paulus, adipiscendum, praeter unam, et hanc solam, et unicam.</p>	<p>and perfected, so that there would be one dove without stain, and [without] a wrinkle. I have never been able to persuade myself, O great man, that there is another way of coming to obtaining that reward, from one, as Paul says, except one, and this one [path] distinctive and unique.*</p>
<p>TH. Evangelicam?</p>	<p>Theoleptus: The Evangelical [path]?</p>
<p>PH. eam dico. a qua si pilum, ut dicitur, exorbitare contingat, de bravio actum. Vana igitur illa, ac superstitiosa opinio, qua vulgo aiunt, diverso itinere Romam peti. Nunquam memini legisse Romam coeli rationem, et</p>	<p>Phileremus: That [one], I say. From which, as one says, if it happens that a javelin deviates from the path, it is driven from the reward. Therefore that opinion is false and superstitious by which they generally say, Rome is to be sought by a different</p>

¹⁸⁴ Note: Perhaps Ancona, since Pliny mentions that it is situated at the flexing of the elbow, “Ancona... in ipso flectentis se orae cubito,” *Natural History* 3.111; Pope Clement VII annexed Ancona to the Pontifical States under the pretext of a Turkish invasion, and sent in Papal troops September 19, 1532.

¹⁸⁵ Terence, *Eunuchus*, Act II sc. 4, “Taedet quotidianarum harum formarum.”

<p>umbram, secum ferre: alio cognomine Petrus in suis epistolis illam vocat: quod quidem an tantae urbi conveniat, iudicent alii.</p>	<p>route. I never remember having read [that] Rome carries with it the method and shadow of heaven. Peter, in his epistles, calls her (i.e. Rome) by another name: let others judge whether indeed it may be fitting for such a great city.¹⁸⁶</p>
<p>Neque tamen negandum esse puto, sive Romam, sive Tarentum proficiscaris, uno et altero itinere posse provehi: at ad coelum, coelique bona, unicus ac singularis patet trames. non est enim eadem ratio cum corporeis passibus, et animorum motibus, et affectibus. Varia quippe sunt, non eo inficias, coelitus dona: quibus uti quibusdam gradibus ad deum patet accessus.</p>	<p>Nor do I think it should be denied, whether you set out for Rome or Taranto, [that] is possible to be borne along on one and the other route, but [if you set out for] heaven, and the good things of heaven, a singular and unique passageway lies open. For the method is not the same with corporal steps, and with the motions and emotions of souls. Obviously they are different, therefore may you not taint gifts from heaven: by which access to God lies open, with certain steps to be used/ enjoyed.</p>
<p>Sed eandem melius animadvertere est rationem huiusmodi perinde inesse muneribus, atque solet in recta, quam circum ornet plantarum decor, et arborum, camporumque, ac virentium collium varietas, et pictura. Trames idem, et unus est: Sed varie ornatus. Igitur, ut concludam, Sive Arabs sit: Sive Scythia: sive etiam ab ultimis Thulae finibus convena, ad beatudinem unico currendum est cursu, et eo velocissimo, ne gravi interim dicam: Siquidem iter est quod cursores,</p>	<p>But it is better to observe the same method to be present equally in gifts of this sort, and also usually in the right [path], than the splendor of plants and trees and fields adorning all around, and the variety and picture of green hills.* The pathway is one and the same, but adorned differently. Therefore to conclude, whether one may be an Arab or Scythian, or even a refugee from the furthest corners (<i>ultima Thule</i>), one must rush to blissfulness in one direction, and in that direction extremely quickly, though let me not say painfully, since it is a route that invites racers</p>
<p>{page 84} {p. F ii v} Pomilio 7</p>	<p>{page 84} {p. F ii v} Pomilio 7</p>
<p>et hos sane desultores invitat. Tardos autem et testudineos neutiquam admittit. Tantum abest, ut in via resupini oscitemus: ac melitensi rosa farto pulvino cubantes, indecoctam ignavi despuamus salivam. Non Claudii: non morbo aliquo affecti, qui in triviis: ac sepibus, victum obsonant, a stadio</p>	<p>and those [who are] quite fickle. And yet by no means does it admit slow tortoises. It is so far [from the case] that in the path we gape lying on our backs and resting on a pillow stuffed with Maltese rose [petals], that sluggish, we spit out over-ripe saliva.¹⁸⁷ Neither the Lame (<i>Claudi</i>), nor those affected by any disease, who in the</p>

¹⁸⁶ Perhaps a reference to Hebrews 8.5, *qui exemplari, et umbrae deserviunt caelestium* (unto the copy and shadow of heavenly things). Could be referring to 1 Peter 5.13, where Peter may equate Rome and Babylon..

¹⁸⁷ Cf. "pulvinus erat perlucidus Melitensis rosa fartus," Cicero, *In Verrem*, 2.5.11.

<p>exploduntur: modo pro viribus nitantur, et velocissimi habebuntur. nam in huius generis olympiis, haudquaquam corporeis contenditur membris sed corde nitido, atque a terrenarum sordium labe repurgato.</p>	<p>crossroads and hedges, acquire provisions, are driven off the race course: if only they might strive/ struggle according to [their] abilities, and they will be considered extremely fast.* For in this sort of Olympics, one competes not at all with corporal limbs but with a heart gleaming and purged (again) from the stain of earthly filth.</p>
<p>Sed unde defluxit, redeat sermo. Ais enim in re esse quod omnium omnes alterius alter, fastidiunt statum (ex quo saepenumero cernitur proteus) quod in actionum delectu, nulla omnino habeatur naturae ratio: et propriae caducitatis respectus. quod si haberetur, melius satis, cum quid factu sit opus, consultamus animo, nobiscum ageretur.</p>	<p>But let the conversation return from where it has flowed away. For you say that in actuality all scorn the status/ position of all, one of another, (among whom very often one sees Proteus), because in the choice of actions, no reason may be attributed wholly to nature, and the contemplation of one's own mortality/ unsteadiness. Because if it could have been attributed, since what is needed to be done, we consider in our mind (<i>animo</i>), would have been done far better by us.**</p>
<p>TH. sic aio.</p>	<p>Theoleptus: So I say.</p>
<p>PH. At ego secus.</p>	<p>Phileremus: And I otherwise (<i>secus</i>).</p>
<p>TH. qui?</p>	<p>Theoleptus: How so?</p>
<p>PH. quod nulla prorsus (de absolutissima rerum conditione loquor) admittenda sit propriae virtutis consyderatio, et naturae deciduae amor tam delicatus: ut nonnulli faciunt, quibus animi minus, quam stomachi vitium displicet. Alioqui neque forti animo, neque perseveranti consilio, id de quo agimus, ad perfectam metam, finemque* optimum perduceretur: Ex quo necesse esset oriri derisionem: infamiam: exibilationem: et poenam tandem. hoc solum aveo, ut in eligenda via minime hallucinemur, ac caeci simus.</p>	<p>Phileremus: That utterly no consideration for one's own virtue/ excellence must be allowed (I am speaking about the most perfect condition of things) and such a delicate love of ephemeral nature, as some practice, for whom a vice of the mind (<i>animi</i>) displeases less than [that] of a stomach. Otherwise neither by a strong mind (<i>animo</i>) nor by persevering resolve, could that about which we act, have been guided toward a perfect goal and an optimal outcome. So from this it would have been necessary for derision to arise, dishonor, hissing ejection and finally punishment. I desire only this: that in choosing a path, we should wander dazzled very little and be blind.*</p>
<p>TH. hoc esset, meo quidem iudicio, equum per se concitatum, et praecipitem, absque fraeno, disruptisque habenis, impelli.</p>	<p>Theoleptus: Indeed this would be, in my opinion, to set in motion a horse driven by itself and precipitous, without a bit, the reins broken.</p>
<p>PH. Quinimmo eodem,</p>	<p>Phileremus: But truly, in the same way</p>
<p>{page 85} {p. F iii} Pomilio 7</p>	<p>{page 85} {p. F iii} Pomilio 7</p>

<p>ut dixi, modo, sunt cives qui ob patriam, ob liberos: ob ipsosque suos cives, vitam cum opus fuerit libentissime exponunt: ac sine tanta animi molitie, mortem oppetunt constantissime. quo, quid in sua republica gloriosius, civis agere possit, non video. O miserabilem civitatem, quam cum cives rebus tantummodo intenti domesticis: tum privati commodi dumtaxat rationem habentes, indefensam relinquunt [sic]: et quantum in se est, desolatam reddunt. Quo circa non est quod dicas ò Thelepte [sic], in re tam seria maxime, magnanimitatem equum esse effraenem.</p>	<p>as I said, there are citizens who, for the sake of their homeland, for their children, for their fellow citizens, willingly expose their lives whenever it has been necessary, and without much tenderness of heart (<i>animi</i>), they meet death very steadfastly. Therefore, I don't see what a citizen could do more gloriously for his country. O wretched state, which, when citizens are intent not only on domestic matters but also on having regard merely for private profit, they leave [it] defenseless, and however much is in them, they return desolate/ empty.¹⁸⁸ Therefore you couldn't say, O Theoleptus, particularly in such a serious matter, that magnanimity is an unbridled horse.</p>
<p>Quid bono cive tunc visum est dignius quam Deciorum mors? Quis terror tam horridus, cum illo terrifico. Q. Curtii hiatu comparandus? Scilicet quod illi pro republica illa, quam cives optime meriti totiens sensere ingratisimam, egere: nos pro Christo, ac deo nostro, qui nos potius (ah pudor) ingratisimos, et plusquam dici potest, in ipsius benignitatem immanissimos, ad se advocat, invitat, provocat, ac in donis profusissimus illectit* [illiciti] non feremus? Consideranda est, inquit mortalium conditio. Concedo, si ipse suam ipsius considerabit tunc, cum in similitudine carnis peccati, habitu inventus est, ut homo.*</p>	<p>What then seems more worthy to a good citizen than the death of the Decii?¹⁸⁹ What terror so horrible compared with that awe-inspiring gaping of Quintus Curtius?^{190*} Namely what they did on behalf of that republic, which well deserving citizens so many times felt was most unappreciative: on behalf of Christ, and our god, we who are more ungrateful (ah, the shame) and, more than can be said, most monstrous toward his kindness: he calls to him, he invites [us], provokes, and with illicit* gifts he entices us most lavishly, and will we not receive? The mortal condition, they say, must be considered. I concede, if he will consider his own [condition] then, when in the likeness of sinful flesh, in habit he is found as a man.¹⁹¹</p>

¹⁸⁸ Lucretius, in *De rerum natura*, 2.184-209, explains his notion of “quantum in se est” (as far as it [is able] by itself), later expounded upon by Newton.

¹⁸⁹ Publius Decius Mus, as consul sacrificed himself ritually in battle, 340 BCE; his son, Publius Decius Mus, also died heroically in battle, 295 BCE.

¹⁹⁰ Quintus Curtius Rufus, Roman historian, flourished c. 40-80, his only surviving work is part of a History of Alexander the Great, published many times in the Renaissance era; specific reference needed.* [cf. Q.C., V, 4, 18: “They sank into kind of pits that engulfed them and when fellow soldiers tried to pull them out, they dragged their rescuers in more often than they were pulled out,” “Quelques réflexions sur la connaissance des reliefs et processus alpins chez les Romain” by Delphine Acolat, p. 75-84, Journal of Alpine Research, 2007, <https://doi.org/10.4000/rga.31>]

¹⁹¹ Paul, Romans 8.3, “in similitudinem carnis peccati” (in the likeness of sinful flesh) ; then a snippet, altered, from Paul, Philipians, 2.7: “But [Jesus] emptied himself, taking the form of a servant, being made in the likeness of men, and in habit found as a man” (...et habitu inventus

<p>O ridenda mortalium consilia. Ille, ille inquam, qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis, et homo factus est, atque idem, in quo neque species, neque decor visus est, et cuius livore sanati sumus a nobis modum, et mensuram in amore exigit? Quid saevius vel a Dolopum saevitia expectari potuit, quam* cruoris flumina ad martyrium pedes</p>	<p>O laughable plans of mortals. That man, that man, I say, who for us humans, and for our salvation came down from heaven, and was made man, and likewise, in whom neither appearance nor beauty was seen, and by whose “lividity” we are healed, asks from us a method and measure in love.* What more savage could be expected even from the savageness of the Dolopians, than rivers of gore gushing forth at the feet of martyrs.^{192*}</p>
<p>{page 86} {p. F iii v} Pomilio 7</p>	<p>{page 86} {p. F iii v} Pomilio 7</p>
<p>exundantia. Et, ut caeteros postponam, quae maior despicientia? quae animosior tormentorum contemptio, cum illa Egnatii aequiparanda? Dignior crede mihi, noster est deus, quam ut modus tam mollis in eius servitute requiri debeat. quid in multis te moror? An te latet, quam* caro, mundus, sensus denique omnes: et quicquid extra nos est, ne interim de interioribus animae affectionibus loquar, deo rebelle est ac contumax: nec potest, nec vult, ut ait Paulus, dei legi subiici?</p>	<p>And, so that I might set aside all the rest, what disregard is greater?* What contempt of torments is more courageous, or comparable to those of Ignatius?¹⁹³ Our god is worthier, believe me, than that such a soft manner should be requested in his slavery.* Why do I delay you in so many [words]? Don’t you know, how the flesh, the world, and then all the senses, and whatever is outside of us, and let me not speak of the interior affections of the soul, is rebellious to god and also obstinate, and cannot, nor will not, as Paul says, submit to the law of God.¹⁹⁴</p>
<p>O pessimum consultorem, si in re tam seria, vitream tuam, prae fracte quidem nimis, conditionem consulis: nec extra te exire, ac supra vires, tantillum saltem, incohare aliquando audeas. Fortior enim es, ó homo, si nescis, quam ipsa sit natura, et caeduae naturae conditio. quod si crebro in votorum varietate, aut inconstantia peccatur, in vitae delectu error est, non in naturae infirmitate et defectu. Aliud est, si iam incanuit habitus. Multifarie igitur, ut dictum fuit, Iter hoc ad</p>	<p>O abominable adviser, if in such a serious matter, you consider your fragile/ glassy condition, too abruptly certainly, nor would you ever dare to begin to go outside yourself, and beyond your strength, even a little. For you are stronger, O man, if you don’t know, than nature herself and the condition of ephemeral nature. Because if one sins in a copious variety of desires, or in inconstancy, the error is in the choice of life, not in the infirmity and failing of nature. It is another thing if the habit has already grown hoary.</p>

ut homo). Alludes perhaps as well to *habitus* theory – how a person can through training grow accustomed to making moral choices – discussed by Aristotle and Aquinas.

¹⁹² Dolopians: Tribe from Thessaly that sided with the Persians against the Greeks in 480 BCE.

¹⁹³ Ignatius of Antioch, 1st century Christian writer and martyr.

¹⁹⁴ Whereas “the world, the flesh and the devil” are the three standard enemies of the soul, here replacing the devil are “all the senses”; cf. Jeremiah 5.23: “... factum est cor contumax et rebelle.” Submission to the law of God: see Paul, Romans, 8.3, and 13.

<p>beatitudinem ornatum esse constat: at ita, ut unum, et unicum sit, et singulare.</p>	<p>Therefore multifariously, as it was said, this Road to beatitude is understood to be adorned, but yet let it be one and unique and singular.</p>
<p>TH. prorsus ita esse etiam hyoscyamo vescentes, non negarent: licet nos aliter esse dicamus. Asserimus enim tot esse tramites, quibus ad illum tuum unicum viae modum pervenire possit, quot sunt in conviventia populari, vesteque et ritu varietates. quamobrem ferunt vulgo hunc aliam divum: aliam illum suis proscriptis viam.</p>	<p>Theoleptus: So, in fact, [that] they are actually feeding on henbane, they would not deny, although we would say it is otherwise. For we claim that there are as many pathways, by which one may come to that one kind of path, as there are varieties of dress and rites in a communal association. For which reason they generally speak of one path to this god, another, to that [god], to have been proscribed/ forbidden to his people.</p>
<p>PHI. absurdus iam nihil asseri potest, nec rei Christianae adversantius. Querebatur Paulus in</p>	<p>Phileremus: Nothing now more absurd can be asserted, nor more opposed to Christianity. Paul was complaining</p>
<p>{page 87} {p. F iiiii} Pomilio 7</p>	<p>{page 87} {p. F iiiii} Pomilio 7</p>
<p>hoc genere dissidii peccare Corinthos: nam inter illos erant, qui Pauli partes: qui Petri: qui Apollo profiterentur. Ex quo membratim discindebatur Christus, id est Ecclesia, quod est pacis, et concordiae domicilium. ad quod quidem (ut iam idem millies inculcem) uno curritur viae conatu. Nam quemadmodum in via fessis, huic Platani, illi salicis magis arridet umbra. Is ornum: alter fagum laudat. Alius item in una, eademque via vel Ulmo, vel ilice delectatur: eodem ferme venit usu, in hoc de quo disputamus cursu. Via vel stadium, Evangelium est, quod est unum.</p>	<p>that the Corinthians were sinning in this sort of discord, for among them there were those who were declaring sides, some for Paul, some for Peter and some for Apollo. For that reason, Christ was being torn limb from limb, that is, the Church, which is the house of peace and harmony. To which indeed (so that I may now drive home the same [point] a thousand times) with a single <i>conatus</i> one moves quickly in the path. For just as with those [who are] weary in the road, for this one, the shade of a Plane tree is pleasing, for that one, [the shade of] a willow is more [pleasing]. This one praises an ash, that one a beech. Another likewise is delighted in one and the same road by an Elm or by an oak.* It comes to nearly the same practice, in this passage about which we are debating. Path or race course, it is the Gospel, which is one.</p>
<p>Viator, homo: qui inter caeteras creaturas, cursor qui est unus. finis cursus, deus: qui est unus. decor stadii, virtutes variae. nanque, ut docet Paulus, multi sunt domini: multi Pedagogi, deus autem unus est. quid? In digitis exempla habemus. In hoc meo agello</p>	<p>Man, traveler, who among the other creatures, is a racer, who is unique. The end of the race, [is] god, who is unique. The splendor of the race course, the various virtues. For, as Paul teaches, many are the lords, many are the Pedagogues,</p>

<p>sunt per quincuncem distinctae varii generis arbores. sunt mala medica. Sunt Cydonia. Sunt Apia. sunt Claudiana. Sunt Rubentia, quae nos rosea vocamus. quis neget tam varium pomorum decorem, in uno eodemque agello esse situm?</p>	<p>while god is one.¹⁹⁵ What? We have examples at our fingertips. In this little field of mine there are trees of five distinct types. There are curative fruits/ lemons. There are Cydonian (Cretan) quince. [Bee-loving] Wild Celery. There are Claudian [apples]. There are Reddening [fruits], which we call rose-colored.* Who would deny that such a diverse adornment of fruits can be located in one and the same field?</p>
<p>Porro autem nihil aliud quam ignorantia, et a recta digressio, variam illam, et multiformem sectarum Chimaeram, inter philosophos disseminavit: ex quibus Stoici, sapientum iudicio, praecellunt: quorum princeps Zeno. dissidet tamen et ipse a semetipso in multis. poterat forsitan concedi philosophis (ut multa alia absurda) quod unusquisque quam profiteretur disciplinam, eam prae-</p>	<p>Yet furthermore, nothing other than ignorance, and a digression from the right [path] disseminated that changing and multi-shaped Chimaera of sects among philosophers; among whom the Stoics, whose master is Zeno, are preeminent in the judgment of the wise. Yet he even quarrels with himself in many things. Perhaps it could have been conceded to philosophers (as many other absurd things [have been]) because that discipline each one was professing, that same one, he would recommend,</p>
<p>{page 88} {p. F iiiii v} Pomilio 7</p>	<p>{page 88} {p. F iiiii v} Pomilio 7</p>
<p>dicaret: extolleret, mordicus etiam teneret, ac in eius nomen sanctissime iuraret. Poterant quidem quia diversae scholae, diversas excudebant doctrinas. melius forsitan dicerem errores. At Christi doctrina una est: quae unanimes, et unius disciplinae asciscit discipulos. Unus deus. Una doctrina. Una Ecclesia. Unum iter. Sacrum unum. Libatio una. Altare unum. Amor denique unus. Ego sum, inquit, via, veritas, et vita.</p>	<p>extol, would even tenaciously uphold, and would swear most piously in its name. Indeed, because schools were able to be different, they forged different doctrines. Perhaps it would be better for me to say errors. But the doctrine of Christ is one, and it admits unanimous disciples of one discipline. One god. One doctrine. One Church. One road/ path. One sacrifice/ sacred vessel. One libation. One altar. Lastly one love. I am, he said, the way the truth and the life.¹⁹⁶</p>
<p>MI. nollem ó philereme, ut, dum tam parum naturae necessitatibus tribuis, ipsi naturae, et cum primis hospitii commodo iniurius dicereris. Iam intempesta nox est: et hospes noster etiamnum vigilat.</p>	<p>Misoponus: I would not want, Phileremus, that, while you assign too little to nature's necessities, to nature herself, you will also be declared injurious chiefly to the benefit of hospitality.*</p>

¹⁹⁵ Paul writes of pedagogues/ paedagogues or guardians in Galatians 3.20-26; here Pedagogues, may be associated with sodomites, as in the burlesque code, hence the rhetorical *quid?* (What?) to signal this bit of humor.

¹⁹⁶ John, 14.6.

	Already it is the dead of night, and our guest is even now awake/ vigilant.
PH. recte sane mones. nondum enim secundam adesse vigiliam senseram.	Phileremus: You advise quite rightly. For I had not yet realized the second vigil was at hand.
MI. En lumen attulere.	Misoponus: Behold, they've brought light.
PH. I bonis angelis cubitum, ó Theolepte.	Phileremus: Go to sleep with the good angels, O Theoleptus.
TH. Et vos melioribus.	Theoleptus: And you with better.
PHILEREMUS THEOLEP. MISOPO.	PHILEREMUS, THEOLEPTUS, MISOPONUS.
Tam cito experrectus es, nec usque ad gallicinium, Theolepte?	[Phileremus:] Have you awakened so early, that it's not even cock-crow, Theoleptus?
TH. oh Philereme salve, faustus sit, iocundus, hilaris, nec sine fructu, tibi dies iste qui instat.	Theoleptus: Oh, greetings, Phileremus: may this day that approaches, be favorable, pleasant, merry, not without enjoyment for you.
MIS. soli Phileremo?	Misoponus: Only for Phileremus?
TH. tibi quoque dictum puta. nam apud me pene idem est amor solitudinis, et odium laboris.	Theoleptus: Imagine that I have spoken to you as well. For with me, love of solitude is nearly (<i>pene</i>) the same [as] hatred of labor.
PH. faceta interpretatio.	Phileremus: Humorous interpretation.
TH. In hac nocte ó amici illud mihi accidisse sentio, quod aiunt, facile scilicet homines noctu per somnia, id de quo per diu locuti sunt, cogitare, et versare animo: quin saepissime, nescio qua ratione, iocundius: quod	Theoleptus: In this night, O friends, I feel that it has happened to me, what they say, namely that men at night through their dreams readily reflect on and turn over and over in the mind (<i>animo</i>) what they have talked about for a long time, in fact extremely often, more happily, I don't know for what reason, that
{page 89} {p. F v} Pomilio 7	{page 89} {p. F v} Pomilio 7
quidem accidere Homero aiebat Ennius, ex more. Illud enim tuum, et singulare ad beatitudinem iter, adeo pectori insedit, ut nihil unquam altius. Qua propter cuperem (parcendum est ó praeclari animo irrequieto) a vobis audire, an usquam sit, et inveniatur istiusmodi via, a qua si quis vel capillum, ut	indeed Ennius used to say happened [to him] with Homer, from habit. ¹⁹⁷ For that singular road of yours, toward beatitude, has sunk into your breast to such a degree, that nothing has ever been deeper. On account of this, I would like (the restless soul, O illustrious men, is to be spared) to hear from you, whether a path of this sort may be found, from

¹⁹⁷ Ennius (c. 239-c. 169 BCE) in his *Annales*, tells of a dream in which Homer tells him that he, Ennius, is the reincarnation of Homer himself.

<p>aiunt, transversum excesserit, non sit spes illud adipiscendi, quo omnes sacra imbuti unda, aspirant.</p>	<p>which if one should go astray even a hair across, as they say, there may not be hope for obtaining it, with which all sacred waters aspire to be wetted.</p>
<p>PH. Dixi iam Evangelii scita esse, quae ipse dator Christus, iugum suave appellat, et onus leve, ne forte Platonis rempub. cui nullus in terris est locus, imagineris.</p>	<p>Phileremus: I have already said [that] there are statutes of the Gospel, which Christ himself the giver, calls ‘the yoke sweet and the burden light’ lest you might imagine Plato’s <i>Republic</i> for which there is no place on earth.¹⁹⁸</p>
<p>TH. non hoc quaero. Sed an sit, qui huic oneri, ut rei dignitas exposcit, summittat cervices. Terret me, fateor, multimoda vivendi hominum ratio, et facies, vel cum primis eorum, qui ut rectius, expeditiusque progrediantur, omnibus quae obstare videntur, vulgo cecidisse visi sunt.</p>	<p>Theoleptus: I’m not asking about this. But whether there may be someone who would submit his neck for this burden, as the dignity of the thing demands. I admit that the multifaceted method of men’s way of living terrifies me, and, even chiefly, the appearance of those, who, so that they may advance more directly and more agilely, with all those things which seem to hinder, have been seen generally/ by the people to have yielded.**</p>
<p>PHI. optimo, et longo usu, purificato, ne fallaris, utendum est iudicio: ne quae dixi ornamenta esse, viam putes vel appellis. Quis unquam Phaleras, aut Ephippias, vel dorsuaria, equum dicat? Sol, Luna, reliquaque sydera decori sunt caelo, haud nomen caeli sibi vendicant. Sed et ipse lunae orbis forsitan neque illos suos pateretur defectus, si perseveranter a Clyptica una non oberraret. Eadem ferme ratione est videre in hac nostra vivendi, ut sic dicam, Poliphormosi. Varias sunt haereses. Varii ritus. Varii mores, at unus debet esse cultus. Una lex. Una pietas. una vivendi regula.</p>	<p>Phileremus: The best judgment, and purified by long use, must be used so that you are not fooled, lest what things I have said to be ornaments, you should think or name the path. Who would ever call fancy Trimmings, or Saddle-blankets or saddlebags a horse?* The Sun, the Moon, and the other stars are the sky’s adornment, they in no way claim for themselves the name of heaven. But perhaps even the moon’s orbit would not suffer those eclipses, if at the same time it were not wandering away resolutely from a single elliptical plane.* By almost the same reason it is possible to see in this our way of living, as I might say thus, Poliphormosi (many-splendored).¹⁹⁹ Various are the divisions/ heresies. Various the rites. Various the customs, but there must be one cult. One law. One charity. One rule for living.</p>
<p>TH. quid censendum cum in sacris vatibus, haud semel vias legimus? ut illud</p>	<p>Theoleptus: What are we to think when we read “paths” (plural) in sacred poets, hardly just once?* As that [verse]</p>

¹⁹⁸ Matthew 11.30.

¹⁹⁹ Sounds like a transposition of polymorphosis, curiously like Freud’s term polymorphic.

{page 90} {p. F v v} Pomilio 7	{page 90} {p. F v v} Pomilio 7
exempli causa. Notas mihi fecisti vias vitae.	for example: "You have made known to me the paths of life." ^{200*}
PH. tunc enim rudi, impollita regnante lege: lege inquam carnis, atque irae, multae erant viae, quae asperas, vates ille, et turbidas appellat in Ninive onere. dominus, inquit, in tempestate, et turbine viae eius: sed quibus haec nostra pacis, ac lucis deliniabatur. Quae quidem si Evangelio, hoc est amoris, et gratiae semitae, minime consentiunt, sed potius negocium faciunt, non vias, sed angiportus libentius dixerim.	Phileremus: For [back] then with a coarse and unpolished law reigning, with a law of the flesh, I say, and of wrath, there were many paths, which that prophet in the Burden of Niniveh calls harsh and turbid. ²⁰¹ The lord's "ways," he says, in a tempest and a whirlwind, but from these, our [path] of peace and light was traced. Which indeed if with the Gospel, that is of love and charming trailways, they don't fit harmoniously at all, but rather make trouble, I would more gladly have called [these] not paths, but narrow lanes.
TH. At consentiant quaeso.	Theoleptus: But I ask that they agree.
PH. Tunc verae ad consequendam beatitudinem viae aequae erant, uti verae fuerunt, aut Zeusis uvae: aut Parrhasii [sic] aves in tabula. Sapienter igitur Paulus. nihil, inquit, ad perfectum adduxit lex.	Phileremus: [Back] then, the paths for obtaining beatitude were true in the same way as the grapes of Zeuxis, or the birds of Parrhasius were real in a painting. ²⁰² Wisely therefore Paul: the law, he says, leads to nothing perfect. ²⁰³
Sed unum plane ex lege, et Evangelio factum esse, Cipryanus tum alias nonnunquam: tum in virginei partus encomio, expressit. Lex ait et Evangelia unita sunt. quod perinde dictum esse existimo, atque si a iugis montium diversis, diversi fluant rivi: qui quidem tandem in unum coeant alveum, atque unum seu Nilum, seu Tygrim, seu amnem alium quempiam similem efficiant. Vin melius adhuc, quod aiunt, rem acu tangere? praecepta legis singula: singulas ne sternunt vias, Vel ne?	But one is to have been made plainly from the law and the Gospel, Cyprian first expressed elsewhere, then in his encomium of the virgin birth. The law and the Gospel are made one. Which I think was said in the same way, as if from different ridges of mountains different streams should flow, which indeed would at last come together in one river bed and would produce one river whether the Nile, or the Tigris, or some other similar river. Do you still prefer to touch the thing with a sharp point [in detail], as they say? The precepts of the law are several, do they lay out several paths, or not?

²⁰⁰ Psalms 15.11.

²⁰¹ Nahum 1.1; the following phrase based in part on Nahum 1.3.

²⁰² Zeuxis and Parrhasius were Greek painters who flourished in the 5th cent. BCE, known for their realistic paintings; a famous anecdote describes a moment in which a painting by Zeuxis of grapes fooled real birds, but then Zeuxis himself was fooled into wanting to draw a curtain painted by Parrhasius; so the paths to beatitude were an illusion.

²⁰³ Paul, Hebrews, 7.19.

<p>TH. puto quod omnia, unam simul: etenim abstinens a furto, occidere hominem potest. Ex quo concedere cogemur, hominis interfectorem, colentem licet aliis in rebus pietatem, posse esse in via. Quae quidem ratio quam* absona sit, ac a veritatis lege exorbitans, sole ipso clarius video.</p>	<p>Theoleptus: I think that all things are simultaneously one, and indeed while abstaining from theft, it is possible to kill a man. For this reason we would be forced to concede that the killer of a man, granted he is honoring piety in other things, is able to be in the path.* That indeed this would be such an unsuitable reason, and one veering from the law of truth, I see more clearly than the sun itself.</p>
<p>PH. Probe. Vel saltem illud viarum assertores, regis perfectissimi-</p>	<p>Phileremus: Good. Or at least protectors of the paths should have examined that of the extremely perfect king and also of the prophet.*</p>
<p>{page 91} {p. F vi} Pomilio 7</p>	<p>{page 91} {p. F vi} Pomilio 7</p>
<p>mi, simul et vatis consyderarent. Viam inquit, mandatorum tuorum cucurri. haudquaquam dixit vir sanctus vias mandatorum: quippe mandatorum via una est, qua ad illum de quo nunc agimus finem pervenitur. nam qui ab uno excesserit, eum ipsum caeterorum reum teneri, doctissime demonstravit Iacobus, cum ait: qui in uno deliquerit, factus est omnium reus.</p>	<p>I have run the path, he said, of your commandments.²⁰⁴ The holy man by no means said the “ways” of your commandments: as you see, the way of the commandments is one, by which one comes to that end about which we are now acting/ debating. For who has gone away from the one, is himself to be held guilty of [all] the rest, the very learned James asserted, when he said, “who shall offend in one, is made guilty of all.”²⁰⁵</p>
<p>Quo quaeso, apertiori Axiomate, mandatorum unionem commostrari potuit? sed ad Regem redeo. coelesti igitur Rex ipse, spiritus omnium illustratoris afflatus numine, scivit unum esse patrem: filium item unum cum patre: atque huius sacratissimae unionis nodum, ipsum esse Paracletum. Ad quam unitatem uno solo, atque unico iri datur itinere, quod est Evangelium, quod unum est.</p>	<p>Therefore, I ask, with a clearer axiom, can the unification of the commandments be made known?* But I return to the king. Therefore, the king of heaven himself, spirit illuminator of all things, breath of divine will, knew the father to be one, the son likewise to be one with the father, and the knot of this extremely sacred union, to be the Holy Spirit himself. One is allowed to go toward this unity by only one unique route, which is the Gospel, which is one.</p>
<p>TH. me nimium urges. Eohdum* altius visum exera*. res est profundior, quam quod ego Acherontius, explicare valeam. dicam tamen</p>	<p>Theoleptus: You press me too much. Well now, exert your sight more deeply. The thing is more profound, than what I, Acheron-like, would be</p>

²⁰⁴ Psalms, 118.32.

²⁰⁵ Play on James 2.10: “For whosoever shall keep the whole law, and yet offend in one point, he is guilty of all”; and see the expanded commentary on this passage by G. B. Folengo in *Commentaries on the Letters of the Apostles*, 1555, p. 44.

<p>virtutes omnes, quae prius appellavimus ornamenta (sint ut lubet numerosae) item leges omnes. mandat. Iura. Scita. et si quae sunt alia huiusmodi appellationis nomina, in unum id* Apophthegma resolvi: quod a Paulo non minus argute, quam vere, suo Timotheo, tanquam ultimam quandam testamentariam tabellam misit.</p>	<p>capable of explaining. Still, I will speak about all the virtues, which earlier we called ornaments (let them be as numerous as may be pleasing) also all the laws. Mandates. Oaths. Ordinances. And if there are any other names of this sort of terminology, I have resolved it into one Apothegm, which by Paul no less shrewdly than verily, [by] his Timothy, sent out like some final testamentary document.*</p>
<p>Finis, inquit, precepti, est charitas de corde puro, conscientia bona, et fide non ficta. Amor igitur, Evangelii est terminus: quo illud summe necessarium formatur bonum, de quo benignissimus praeceptor Christus Iesus, ad patrem, ut sicut, ait, ego et tu unum sumus, sic isti</p>	<p>“Now the end of [my] instruction,” he says, “is love from a pure heart, from a good conscience, and an unfeigned faith.”²⁰⁶ Love, therefore, is the terminus of the Gospel, by which that essential good is consummately formed, about which Jesus Christ, the kindest teacher, he says to his father, just as you and I are one, thus it is</p>
<p>{page 92} {p. F vi v} Pomilio 7</p>	<p>{page 92} {p. F vi v} Pomilio 7</p>
<p>idest vocati, electi, praedestinatique ad assequendam imaginis dei formam, unum nobiscum sint. Eleganter, et id quidem Cyprianus expressit. Unus deus est, et Christus Iesus, inquit (Ecce finis unus) Ecclesia item una (ecce iter unum). Et plebs in solidam corporis unitatem, concordiae glutino copulata. (Ecce christianorum unitas). Itaque ad hanc viae unice institutionem revocandus est quisquis devius est, sive princeps, sive Civis, sive monachus, sive anachorita sit. Miror equidem unde illa in triviis celebris, exorta sit vulgi opinio, discordiam, benivolentiae** scilicet caritatem, inter nos imperium habere: Inter nos inquam, qui, ut est illud comicum, palliolatim amicti incedimus ludibundi.</p>	<p>those having been called, chosen and predestined to pursue the form of the image of god, let them be one with us.* And indeed Cyprian expressed it elegantly. God is one, and Jesus Christ, he said (Behold one goal/ end), likewise there is one church (behold one route). And the people, having coupled with a bond (<i>glutino copulata</i>) of mutual peace in a solid oneness of body (Behold the oneness of Christians). So then, whoever is deviating must be called back to this practice of the singular path, whether he be a prince, or a citizen, or a monk, or an anchorite. I am perplexed about where that rumor of the common people has arisen, oft-repeated in the crossroads, [that] discord, that is to say, love of benevolence, holds authority among us; among us, I say, who, as is that comic [saying], ‘cloaked in dressing gowns we playfully take steps.’^{207*}</p>
<p>THE. Miraris?</p>	<p>Theoleptus: You are perplexed?</p>

²⁰⁶ Paul, Timothy 1.5.

²⁰⁷ Plautus, *Pseudolus*, 5.1.31-2, “sed palliolatim amictus/ sic haec inaccessi ludibundus.” The joke here is sowing “discord” among the anchorites, is actually a form of kindness; for biblical references see: http://www.openbible.info/topics/sowing_discord.

<p>PHI. quid ni? hoc esset, mea quidem sententia, a caelo solem, ab animanti cor, a mundo deum, quae est unica mortalium beatitudo, tollere. quid censes? neque nictas: neque annuis. suos demum admonet Paulus Thessalonicenses, ut recedant a fratribus ambulantiibus. inordinate.</p>	<p>Phileremus: Why not? This would be, certainly in my opinion, to steal the sun from the sky, the heart from a living creature, god from the world, which is the unique beatitudo of mortals. What do you think? You don't blink, you don't nod. In the end, Paul warns his Thessalonians that they should withdraw from the brothers wandering. In a disorderly way.²⁰⁸</p>
<p>TH. multi iam thessali facti sunt.</p>	<p>Theoleptus: Many now have become Thessalonians.</p>
<p>PH. nec est quo te moveri oporteat ó Theolepte, si is diem a die, ut ait Paulus, ille nullum iudicat diem. Agat quicquid velit homo: modo deum spectet, atque ab eo dependeat, in via ea est, in qua, ut diximus, inest maximus virtutum decor, et ornatus. Qui perpetua carnis abstinencia vivunt, ut quidam faciunt, ex animo, et ad fraenandam appetitionum libidinem, abstineant velim. tantum ne quaerant ad maiorem luxum irritantia: in via sunt. Caeterum nunquam</p>	<p>Phileremus: Nor would it be proper therefore, O Theoleptus, for you to be moved, if he judges from day to day, as Paul says, he judges on no day.²⁰⁹ Let man do what he wishes: if only he might consider god, and depend on him, he is in that path, in which, as we said, there resides the greatest splendor and ornament of virtue.* Those who live in perpetual abstinence of the flesh, as some do, because of the soul and in order to restrain the libido of the appetites, I would like them to abstain [from abstaining].* Only let them merely not seek provocations to greater lust: they are in the path. As for the rest, let them never</p>
<p>{page 93} {p. F vii} Pomilio 7</p>	<p>{page 93} {p. F vii} Pomilio 7</p>
<p>ab Apostoli doctrina avertant mentem. non manducans, inquit, manducantem non iudicet. Et ut de his meam exprimere sententiam liceat: hoc uno excepto, quod nimium opulentiam sectantur, et miraculosa magis quam quod viros mundo defunctos deceat, aedificia erigunt: modus vitae, quies scilicet, solitudo, et silentium, non displicet. quod vero sint morosiores in fovendis corporibus, Crepida, pelle, tomento, et pluma</p>	<p>turn their mind away from the doctrine of the Apostle. The one not eating, he says, let him not judge the one eating.²¹⁰ And allow me to express my opinion about these things, with this one exception, that they pursue too much wealth, and they erect miraculous buildings more than is fitting for men dead to the world; a proper way of life, namely quiet, solitude, and silence is not displeasing.* Since in truth they may be more fastidious in soothing bodies, with a Slipper, with</p>

²⁰⁸ Paul, 2 Thessalonians, 3.6.

²⁰⁹ Paul, Romans, 14.5: where the context regards fasting, and not judging others, "Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem: unusquisque in suo sensu abundet" (For one judges between one day and another, and another judges every day: let every man abound in his own sense).

²¹⁰ Paul, Romans, 14.3.

<p>ut vulgo iactitant, non est vulgi, tantae detrahere religioni.</p>	<p>a pelt, with a mattress, and with a feather as they commonly bandy it about, it is not [typical] of the common people to disparage so great a religion.*</p>
<p>Temeritas haec est, et in eorum fortunas oblocutio magis, quam in vitae modum. Politiori suppellectile eminent alterius ordinis viri. nimii et ipsi in struendis caenaculis, larariisque. nec minori elegantia delubra concinnunt. Carnibus et ipsi abstinent, sed non tam arcte ut primi. qui quidem mos magis, ut mea fert opinio, propinquus humanitati videtur esse, quam alter ille: modo nec, ultra, nec citra a praescripto deflectent. Caeteris utuntur cibis promiscue, et absque superstitione.</p>	<p>This is rashness and slander more against their prosperity, than against their way of life. Men of another order stand out with their more refined belongings. And these [men] are excessive in constructing dining rooms and shrines for the gods/ Lares. And they produce temples with no less elegance. And these men abstain from flesh, but not as strictly as the first [monks]. Which indeed seems to be a custom closer to humanity/ human civilization, in my opinion, than the other, if only they will not bend past, nor short of the precept.* They enjoy other foods indiscriminately and without superstition.</p>
<p>Nulla natio aequè largius, aere alieno, rem agit cum principibus. Pax, atque amor, ut nunc est usus. Doctrina haud trivialis, sed inter paucos. Hospitalitas vero satis ampla, et amoris plena. Porro ex morum disciplina, et ex sacris ritibus, tanta afficiuntur, tum reverentia, tum religione spectantes, et si quid in terris divinitatis conspici potest, in his quammaxime arbitrantur posse. Utinam gens illa altera nobilis, saevius usque nunc prima sua, utpote, ab Apostolis profecta, retinisset instituta. nulla enim religio</p>	<p>No nation conducts business with its leaders equally generously under debt.* Peace, and love, as now is the practice. Instruction hardly trivial, but among few [people].* Hospitality certainly sufficiently bounteous, and full of love. Furthermore from the discipline of behaviors and from sacred rights, those observing are affected not only by so much reverence but also by religion, and if anything of divinity is able to be observed on earth, they are thought to have the most influence in these [things].* If only that other noble people had retained more austere until now, their first practices inasmuch as [they were] made by the apostles.* For no religion</p>
<p>{page 94} {p. F vii v} Pomilio 7</p>	<p>{page 94} {p. F vii v} Pomilio 7</p>
<p>antiquior. nulla sanctor. nulla tam copiose de Dei ecclesia benemerita. Ea sane est, quae septem illas sapientiae columnas, ad templum Dei vivi, fidei scilicet fulciendum (modo nervos aliquantisper, dum serviunt tempori, delaxatos acrius intendant) apta est restituere. Mirum quanta cum gravitate, et prudentia, rem ordinis tutentur: nec minori</p>	<p>is older. None is holier. None so richly deserving of the church of God.* It is surely that [religion] which is suited to restoring the seven pillars of wisdom, for propping up the temple of the living God, which is to say of faith (only, while they are serving time, let them stretch their slackened muscles more keenly).²¹¹ It is remarkable with how much gravity and prudence, they protect the</p>

²¹¹ Seven pillars of wisdom: Proverbs 9.1.

<p>interea frugalitate, hoc est temperantia, vitae subsidia sibi ex dimenso impartiant, viri alioqui summae charitatis in amicos, atque profusissimae liberalitatis in hospites.</p>	<p>business of the order, meanwhile not with less frugality, that is temperance, they bestow on themselves the benefits of life according to what has been measured out, men in general of the greatest love toward their friends, and of extremely profuse generosity toward guests.*</p>
<p>Quo circa a Canone illo splendidissimo militari, ac symbolo, titulus huic sacro ordini comparatus. Est tamen (ut sua cuique dicendi est libertas) qui cum stomacho imbricatas plus solito, laciniosasque in illis tunicas, se se videre dicat. Cui ego cum Paulo. Tu quis es qui alienum servum iudicas? Domino suo stat, aut cadit. Verum cuperem et ego quidem istuc, quale quale est, moderatius transigi: et his etiam qui foris sunt cum modestiae, tum [errata corrects tamen] disciplinae exemplo satisfieri.</p>	<p>On account of which from that most splendid military Canon, and symbol, the title to this sacred order is established.²¹² Still there is someone (as each has his own freedom of speech) who may declare that he sees himself with more than usual “stomach” in these shingled and shaggy tunics.* About that I am with Paul, “Who are you to judge the servant of another? He stands with his lord or he falls.”²¹³ But even I would indeed prefer, such as it is, to be performed more moderately, and also by those who are out of doors/ in the forums, to be satisfied by the example of both modesty and discipline.*</p>
<p>Claudicant et alii alterius nominis Mystae prius enim nuda contenti pauperie, ad cursus metam expeditissimi erant, nunc caducarum hereditatum tricis impediti, vix pedem movent. offendit complures excelsus illorum tumor, ob patrum doctrinam, malle ob suam. Vasta vero illa totius orbis gloria, an socculis, vel numellis ambulet, videant hi, quibus curae est eorum auctoritas, Christi ferme per omnem vitam typum gerentis, vestigiis inhaerere. Nulla religio adeo artua-</p>	<p>Even other Initiates of some other name limp, for earlier, content with naked poverty, they were extremely quick to the goal of the course, now hindered by trifles of mortal successions/ toppling possessions, they scarcely move their feet.* An exalted swelling vexes many of them, on account of the doctrine of their fathers, I would rather it be on account of their own [doctrine]. Certainly that vast/ empty ambition of the whole world, whether it struts in slippers or in neck-shackles, let these people see, whose concern is for the authority of those wearing/ wielding the image of Christ for almost their whole life, to adhere to his footsteps.* No religion</p>
<p>{page 95} {p. F viii} Pomilio 7</p>	<p>{page 95} {p. F viii} Pomilio 7</p>

²¹² Note: title of the order?

²¹³ Paul, Romans, 14.4.

<p>tim per regiones concisa, vel ultra columnas Herculeas. Alter et est ordo mihi carissimus, qui simpliciori forsan, et minus tardo progredere studio, quam caeteri supra memorati: nisi belva illa germanica, nuper multos vel ex natu meliores de itinere deturbasset: viros profecto absterse illiusmodi naevo, in quibusvis literarum studiis exercitatissimos: nec non Evangelicae pietatis ardentissimos, etiam usque ad flagra, concionatores: ex quibus fax illa Dei verbi Seripandea iam usque ad indos cognita, rem sacram tutatur, atque a labe illa exicali doctissime vindicat.</p>	<p>has been so divided limb by limb across regions, even beyond the pillars of Hercules.^{214*} Another order is also very dear to me, which perhaps would proceed with a simpler, and less deliberate devotion, than the rest mentioned above, if that Germanic beast had not recently knocked from the route many men better in birth, indeed men with that sort of black mark rubbed away, extremely well trained in whatever literary pursuits you wish, and sermonizers extremely passionate about the Gospels of piety, even right up to the whip, because of whom that Seripandean firebrand of God's word is now known all the way to the Indies, he protects sacredness and defends it most learnedly from deadly disaster.²¹⁵</p>
<p>Complures alii in eadem navigant navi: ut hi qui suo in vestibibus, etiam usque ad vaginas, ac pileos, contenti candore, pededentim citra sudorem proserpunt. Sunt et quibus votum est, ac iusiurandum, non discendi literas, via et haec unica ad omnem errorem. Et qui ignorat, ignorabitur, ait divinum oraculum. Sed nescio an sint in mortalium numero computandi: cum in hac parte, ut in pluribus aliis, a pecude dissimiles simus.</p>	<p>Many others sail in the same ship, as these who, content with whiteness in their clothes, even up to sheaths (<i>vaginas</i>) and felt caps, creep forth step by step short of sweat.²¹⁶ There are even those who have a sacred vow and oath not to learn letters, and this unique path to every error.* And he who does not know, will not be known, said the divine oracle.²¹⁷ But I don't know whether they are to be reckoned in the number of mortals, since in this part, as in many others, we are different from cattle.*</p>
<p>Aiunt enim Cleanthem solitum dicere, homines absque disciplina, et litteris, tantum forma distare a belvis. Non improbat tamen illorum victus manuum artificio conquisitus, et maxime in excutiendis succis a frutice, et</p>	<p>For they say Cleanthes was wont to state [that] men without discipline and letters, are different from beasts in form only.²¹⁸ Nevertheless nourishment hunted up by the skill of their hands is not reproached, and above all of shaking juices</p>

²¹⁴ The Pillars of Hercules were thought to be two rock towers on either side of the Strait of Gibraltar: they were depicted in the emblem of the recently crowned Emperor Charles V, and decorated with the motto PLUS ULTRA ([Go] beyond!), referring to Spain's interests in the New World, his rejoinder to the ancient *Nec plus ultra* warning for sailors having reached the Pillars.

²¹⁵ Referent seems to be Girolamo Seripando (1493-1563) an Augustinian friar, theologian and cardinal (1561), who had a reputation for eloquence: his sermons drew Emperor Charles V. At the Council of Trent, he distinguished himself for peculiar views on original sin and justification.

²¹⁶ Whiteness in the burlesque code refers to female sexuality, as does not needing to sweat.

²¹⁷ Paul, 1 Corinthians 14.38.

²¹⁸ Cleanthes: see note p. 49.

herba. Tantum non adeo impudenter coalescat cupiditas, ut aquarum labor, mortalium libidini potius quam necessitatibus opituletur. Nihil tam sanctum, nihil tam firmum, nihil tam impenetrabile, quo non subrepat aliquando cupiditas,	from a shoot and plant. Passion would coalesce so shamelessly, that the labor of waters would bring relief to the libido of mortals rather than [merely] to their necessities.* Nothing so holy, nothing so firm, nothing so impenetrable, that* passion would not sneak up on it now and then –
{page 96} {p. F viii v} Pomilio 7	{page 96} {p. F viii v} Pomilio 7
quid [added in errata] per odiosa vagor? Num mihi in praesentiarum totius orbis mores pervestigandi sunt? hactenus igitur eluximus. Verum non video cur diutius diferat [sic, differat] deus auferre obrobrium a Syon. Namque quoddam nasci prospicio (nisi vana sint quae vidi Spectra) novae lucis lumen.	why am I meandering through distasteful things? Must I scrutinize the customs of the whole world right now? So up until now we have shone brightly. But I don't see why god should delay any longer to take away reproach from Zion. For I foresee a certain torch (unless those Specters I have seen were false) being born of new light.
TH. Sed verendum, ne vapor ille a saxonibus.	Theoleptus: But awe-inspiring, not that [mere] vapor of the Saxons.
PH. quid cum lampyride lucernarum papilio?	Phileremus: What about a moth of oil lamps with the glow-worm? ²¹⁹
TH. quid? offuscat. obnubilat. Subtrahit etiam saepe radios, vapor improbus.	Theoleptus: What? It darkens. It clouds over. The shameless vapor often even carries off the rays.
PH. Vapor tamen est: quo evaporato, gratior, ne scio quo pacto, lux emicat. lutherum dicis.	Phileremus: Still it is a vapor, once evaporated, I don't know by what manner, a pleasing light shoots forth. You say Luther?*
TH. Lutheros aio.	Theoleptus: I say Luthers/ Lutherans.
PH. numerum times?	Phileremus: Are you afraid of the number [i.e. singular for plural]?*
THE. hau cur non timeam cum inter anus etiam lanam ad lunam trahentes, sit* rumor, nullam in Europa esse rem pub. quae ab hac lue non aegrotet.	Theoleptus: Oh, why wouldn't I be afraid when even among old women (<i>inter anus</i>) drawing wool to the moon there is a rumor [that] there's no nation in Europe which is not sickened by this plague. ²²⁰

²¹⁹ Cf. Pliny, who in his book about poisons and remedies, writes that the the moth seen fluttering about the flames of a lamp is numbered among noxious remedies: *papilio quoque lucernarum luminibus aduolans inter mala medicamenta numeratur*, Book 28, ch. 45.16.

²²⁰ *Inter anus...* among old women drawing wool to the moon: Witches were depicted drawing down the moon with knotted wool; Toscan attributes several sexual meanings to wool (Glossary p. 1709); cf. Teofilo Folengo, "Et lanam bagnasse suam iam dicere possunt" (And now they can say they got their wool wet), with the marginal gloss: Proverbium baricocolae (Saying

PH. heluones forsitan, et Scorta: ut dignum patella habeat operculum.	Phileremus: Gluttons/ Squanderers, perhaps, and [male*] Prostitutes, so that the dish may have a worthy cover.
TH. faxint coelites ne, ut est arrogans, dynastas etiam, atque ipsos templorum suggestus, involvat.	Theoleptus: May the gods grant, as it is presumptuous, [that] it enclose the potentates too, and the very platforms of the temples.
PH. Quid iam oro, in hac tantum accessit vipera, vel doctrinae, vel eruditionis, cui vel mediocriter quidem a natura institutus, morem gerere debeat? Mirum si sit, qui in re tam clare, et certa vacillet, ob unum novum Anaxagoram: cuius sacrilegis ineptiis, et infantiae, Rex ipse in Britannia: ex Italis Augustinus Sinuessa, ambo erudito, ac excellenti ingenio, dum respondere volunt, miro quodam modo illius nomen alioqui inglorium, et depressum exaltavere: adeo a summis viris, etiam cum probro in chartis reponi, laus est, et gloria. Deme te obsecro, a Luthero, mordacem calamum, una cum liberos in romanam sedem	Phileremus: What, I pray now, has the viper added in this so far, of learning or erudition, or for what has it been established indeed adequately by nature, [that] he should comply?*** It would be strange if, in such a clear and certain matter, someone would vacillate, because of one new Anaxagoras, by whose sacrilegious foolishness, even about infancy, the King himself of Britain, Augustine in Sinuessa of Italy, both with an erudite and exceptional character: while they want to respond, in a certain strange way they have exalted his name, otherwise undistinguished and base, so from the greatest men, even when repeated on paper with abuse, there is praise and glory.* ²²¹ Take away from Luther, I beg you, the biting pen, together with the unrestrained jaws against the Roman seat,
{page 97} {p. G} Pomilio 7	{page 97} {p. G} Pomilio 7
morsus, quid audies sibi undecumque simile, et constans? Undique fluit remissus, frigidus, ac somniculosus. Et tamen huius temeritas,	what will you hear about him from every direction the same and persistent?* It flows everywhere casual, cool and drowsy. And yet, the

of the “apricot”/ testicle), Toscolana *Baldus*, 11.154; Boggione and Casalegno categorize *lana* as sperm and cite Ariosto, *OF* 12.39.5-8, *Dizionario storico del lessico erotico italiano* (Varese, Longanesi, 1996), p. 354.

²²¹ Remarks on Luther, here and elsewhere in this work, need to be elucidated by other scholars; in this passage Folengo characterizes Luther’s campaign for infant baptism as part of his *ineptiis*. Sinuessa (now Mondragone), was about 25 kilometers north of Punta Campanella, the setting of many of these dialogues, and was the last coastal town on the Via Appia, before the road turned and headed to Brindisi. Augustine denounced as false the Synod of Sinuessa in which Pope Marcellinus supposedly admitted to making a sacrifice to pagan gods at the behest of the Emperor Diocletian, c. 303. Anaxagoras (c. 510-428 BCE), Greek philosopher who studied both minute particles of life and the cosmos, is credited with the explanation that the moon shines due to reflected light from the sun. Anaxagoras was tried for impiety and for political reasons and, although Pericles defended him, was exiled from Athens.

<p>et stili arrogania [sic, for arrogantia], apud quosdam, etiam magni nominis viros, argutus reputatur nasus, et evangelicus mucro. Quis, ne Maumethes quidem, unquam tanto cum fastu sibi coelestia abiudicavit? Quis tam impudenter carpit peccantes, aut quos peccare imaginatur? Et si aliquando quendam caldiusculum mentis excessum, et mentitam a corporeis separationem ostentare nititur, quis unquam, vel ex iis quorum Thyrsus, ut ait Lucretius, cor est percussum, divina frigidius expressit?</p>	<p>audacity of this man, and the arrogance of [his] stylus/ pen, even in front of certain men, as yet of great name, he is reputed a cunning nose, and an Evangelical tip. Who, not even Mahomet II, ever took it upon himself to pass judgment against heavenly matters with such contempt? ²²² Who attacks sinners so shamelessly, or rather those he imagines to have sinned? Even if now and then, he struggles to show both a certain warm excess/ protuberance of the mind, and a false separation from bodily things, who has ever, even among those, as Lucretius says, whose heart is struck by the Thyrsus, expressed sacred things more coolly?²²³</p>
<p>Legem. Evangelium. Gratiam. Baptismum. Caerimonias. Emoriar nisi millies has merces, temere, et absque occasione, invenias inculcatas. Quem iam fugit ex cetariis quoque minutioribus, et Laniis, evangelio obtemperandum esse? legem abrogatam: ac per christum absolutam? gratiam gratuito condonari? Baptismum necessarium? In Caerimoniis christianam pietatem, sitam non esse? quid aliud obgannit? quamvis nec haec syncere. Unde (malum) in Italia tantus ortus est stupor? unde tanta cum laude, admiratio? Scripsit ne iste novus Zeno Italis, an statuis inanimis? sinat oro, vir Italus, Cimbro Rhetios, Noricos, Helvetios, et huius generis caeteros, ista nova admirari portenta: et sectari. Aiunt Maximilianum ultimum nostris diebus imperatorem, solitum dicere, se uno excepto, omnes illius gentis homines, ferino lacte esse nutritos.</p>	<p>Law. The Gospel. Grace. Baptism. Rituals. May I die a thousand times if you do not find these commodities inculcated rashly, and without grounds. Does it now escape anyone even among the more petty fishermen and the Butchers that the Gospel must be obeyed?²²⁴ The law repealed, and absolved through Christ? [Should] grace be given gratuitously? [Should] Baptism be necessary? Is Christian piety not to be placed among the sacred rites? What else does he snarl about? Although he does not snarl about these things sincerely. From where (sadly) in Italy has so much stupidity arisen? From where admiration with so much praise? Did that new Zeno write to Italians or to inanimate statues? I pray that the Italian hero allow Cimbri, Rheti, Norici, Helvetii and others of this sort to wonder at these new</p>

²²² Mehmed II (1432-1481), Sultan of the Ottoman Empire; after conquering Constantinople in 1453, he declared himself the Caesar of Rome; father of Cem Sultan (Zizimo) cited above, p. 55.

²²³ Lucretius, *De rerum natura*, 1.921, passage in which the Roman poet tells of being doubly struck by the wand of Dionysus: his mind with yearning for renown for obscure thoughts, his heart with love for the Muses.

²²⁴ Perhaps a reference to Cardinal Wolsey (c.1473-1530), a butcher's son who became not just *alter rex* (to Henry VIII), but a cardinal, and came to regret having served his king more diligently than his God.

	portents and hunt them down. ²²⁵ They said that Maximilian, the great/ last emperor of our days, used to say that, with himself the one exception, all men of this tribe, are nourished with feral milk. ²²⁶
THE. non parum enim refert, in Cunis	Theoleptus: For it is of no little importance, with which milk you may be nursed in the Cradle,
{page 98} {p. G i v} Pomilio 7	{page 98} {p. G i v} Pomilio 7
quo alaris lacte: siquidem in mores transit plerunque ipse papillarum haustus.	if indeed this drink from the nipples crosses over into behavior.
PHI. Quam quam nec illud omnino Maximiliani probandum: vellem una secum bonos excepisset germanos, ex quibus cum olim, tum nostra maxime aetate prodiere viri, et egregie docti, et ad rem christianam iuvandam nati qui esse videantur. Sed suis male Cicuratis catulis, Luthero relictis, ad lucem nostram ó Theolepte, cuius auroram iam rutilare praesensi, revertamur.	Phileremus: Although this must not be wholly approved by Maximilian, I would like him to exempt good Germans together with himself, from whom men have come forth both previously but especially in our age, admirably learned, and who seem to be born to help Christianity.* But from his badly tamed pups, forsaken by Luther,* O Theoleptus, let us turn back to our light, whose dawn I have already felt to glow.
THE. hoc expecto.	Theoleptus: I await this.
PHIL. Ex iis enim quae supra memorata sunt, constat abunde, omnes fere seu ignorantia, seu lauticia, seu socordia impeditos, in vinea domini ociari, et stertere. dubitas? Da rursus hominem, te rogo, qui in agone contendens ab omnibus sese temperet, ut hortatur paulus: Is ille erit, quem ad cursum aptum, atque probe institutum esse quaerimus. Putasne civem adeo in bonis moribus informatum cerni posse, ut valeat sine solitudine esse, ut a Paulo cavetur: qui* cum uxor sic vivit, ac si toro viduus esse? Qui utitur hoc mundo tanquam non utens? Eum dixerim omnium sese abstinentem.	Phileremus: For because of those things mentioned above, it is abundantly evident, nearly all, whether encumbered by ignorance, or lavishness or sluggishness, take their leisure in the vineyards of the lord, and snore. Do you doubt [this]? Give back the man, I beg you, who controls himself from everything while struggling in a contest, as Paul urges: he will be that one, whom we seek to be apt for the course, and properly prepared. Do you think a citizen so formed in good habits can be discerned, so that he may prevail without solitude, as is stipulated by Paul: who, when his wife lives thus, is like a widow in

²²⁵ The Cimbri were a Celtic-Germanic tribe who fought the Romans in 113-101 BCE; the Rhaeti, Norici (Bavarians), and Helvetii (Swiss) lived in the area of the Alps:

http://en.wikipedia.org/wiki/File:Roman_Empire_125.png.

²²⁶ Maximilian I (1459-1519), Holy Roman Emperor, grandfather of Charles V.

	the marriage bed? ^{227*} Who uses this world as though he uses it not? I would say he is refraining from everything.
Quis mihi clericum, aut sacerdotem ostendet, divinas divini Pauli regulas adamussim sectantem? Sit pudicus inquit: non bilinguis: non multo vino deditus: non turpi lucro inihans [sic, for inhians]: habens denique mysterium fidei in conscientia pura. Ecquid de vobis, et nobis dicam ò Theolepte? habentes autem alimenta: et quo tegamur amictum, contenti ne sumus? sectamini inquit, iustitiam: pietatem: Fidem: Cha-	Who will show me a cleric, or a priest, following precisely the rules of St. Paul? Let him be chaste, he says, not hypocritical, not given to a lot of wine, not greedy for filthy lucre, maintaining, to sum up, the mystery of faith in a pure conscience. And what could I say of you, and of us, O Theoleptus? Having provisions now, and a cloak with which we may be covered, are we not content? He said: follow justice, piety, Faith, Charity,
{page 99} {p. G ii} Pomilio 7	{page 99} {p. G ii} Pomilio 7
ritatem: patientiam: mansuetudinem. Praeterea divites compellans, non sublime ait sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in deo vivo: divites fieri in bonis actionibus, facile tribuere. Cuperem his quosdam meae patriae Cives adesse: eos sane divites, quibus cum usque adeo in syncere agitur, ut sub coloria veste, impluvioque colobio, pullatam religionem subtendere praesumant: scilicet ut absque aperti probri nota, avaritiae deserviant. fucatum sane praetextum, et modis omnibus a bono cive extirpandum, quem Paulus admonet thesaurizare sibi bonum fundamentum in futurum.	patience, mercy. Moreover, charging the wealthy, he says not to have a sense of superiority nor to trust in the uncertainty of riches, but in the living god; to become rich in good deeds, to share willingly. ²²⁸ I would like certain of these citizens of my country to be in attendance, those quite well endowed, with whom when it is done so sincerely, that under multi-colored clothes, under atrium and tunic, they presume to lie underneath a drab religion, that is so that they could devote themselves to avarice without the mark of public disgrace.* A fancy toga/ pretext*, and to be rooted out in every way by a good citizen, whom Paul admonished to store the treasure of a good foundation for himself in the future. ²²⁹
Praeterea cohorresco plane: cum de sublimitate tam excelsi verticis succurrit memoria. Oportet inquit Episcopum irreprehensibilem esse. Quis unquam audeat reprehendere Episcopum castum? sobrium? pudicum? doctum? A quo quaeso melius, ac	Moreover I utterly shudder, when from the sublimity of such a lofty peak memory runs to [my] aid. "It behooveth," it says, "therefore a Bishop to be blameless." ²³⁰ Who would ever dare to reprehend a chaste Bishop? A sober [one]? Modest? Learned? From whom I ask you, can

²²⁷ Cf. Paul, 1 Corinthians 7.32: "And I would have you be without solicitude"; and in the next sentence, 7.31: "And they that used this world as if they used it not."

²²⁸ Paul, 1 Timothy 6.17-18, with some phrases omitted.

²²⁹ Paul, 1 Timothy 6.19.

²³⁰ Paul, 1 Timothy 3.2.

lucidius exire, quando* uti torrens in rivos decurrere potest, ipsa virtutum mater sapientia, quam ab Episcopo?	wisdom herself, the mother of virtues, emerge better and more shining, just as a torrent can rush down in streams, than from a Bishop?*
O vere Mitra, et pileo te dignum dixerim ò Pompeie: si cum hodie ab humanis accersitus: et inter carissimorum lachrymas in pheretrum sublatus, huiusmodi gratiarum floribus, inventus es ornatus. O te beatum, si in hoc salebroso vitae cursu, pulverulentoque curriculo, sic vitam instituisti, ut sacra vita, honorataque Tiara, excelsae fronti decori, atque ornamento extiterit. Iam credo, a corporeis semotus plene videas, quod heri nobiscum, cum hic viveres, ut vir eras naris purgatissimae,	O truly I would say you are worthy of the Miter and the felt hat, O Pompey, if when today, having been summoned from human [affairs] and carried off on a bier amid the tears of your very dearest, you are found to be adorned with flowers of these sorts of graces. O blessed you, if in this rugged course of life, and in [this] dusty race-track, you established [your] life thus, so that it would prove to be a sacred life and distinguished with a Tiara, with beauty and adornment for an eminent brow.* Now I think, you seem entirely removed from corporeal [things, that yesterday with us, while you were alive in this place, as you were a man of an extremely purged nose,
{page 100} {p. G ii v} Pomilio 7	{page 100} {p. G ii v} Pomilio 7
subodorabas, hominem videlicet nullum ad felicia illa beatitudinis bona introduci posse, nisi illum, quem magis labor, inedia, calamitas, atque miseria tandem ipsa, oblectat, quam ocium, luxus, delitiae, et mundi plausus. Quae quidem omnia suos ne dum ammovent sestatores* [sic, sectatores?] a cursu, sed deturbant, perurgentque ac impellunt. Corrupt ergo omnis caro viam suam, atque de spatio deflexit totum genus humanum.	you were sniffing around: clearly no one can be introduced to those fruitful advantages of beatitude, except that one, whom labor, fastings, misfortune and finally wretchedness itself delights more than leisure, lust, pleasures and the world's applause. Indeed all those things not only don't move their followers/ attendants to the course, but thrust [them] down, thoroughly urge [them] on and impel [them]. ²³¹ Therefore flesh corrupts everyone in its path, and turns the whole human race away from the field.*
Quid oro aliud in frondosis his ramis, in quorum umbra resupini stertimus, nisi luxuriosos surculos, et lata folia redundare conspicimus? proinde altissimo illi fundamento, praeter quod nullum aliud poni iubet Paulus, quid a plerisque superstruatur, etiam ipsi capti oculis Talpae viderent. Raro aurum, argentum, gemma. crebrius Fenum,	What else, I pray, are we watching in these leafy branches, in which we snore lying supine in the shade, if not luxurious shoots, and broad leaves teeming? So then on that extremely deep foundation, before which Paul commands nothing else to be laid, what may be built upon by many, even the moles themselves would see with

²³¹ *sestatores* here may be an error for *sectatores*: followers, adherents; *statores*: attendants, took part in ceremonies to Jupiter, cf. the Temple of Jupiter Stator (Jupiter the Stayer) a famous meeting place in the Roman Forum; Adams found that *stator* may mean *mentula* (phallus), p. 252, note to p. 57.

stipula, plumbum. Sed et iniquitas ipsa, apud vatem quendam, visa est sedere super talentum plumbi.	captive eyes. ²³² Seldom gold, silver, jewel. More often hay, straw, lead. But also iniquity itself, in the presence of a certain poet, seemed to sit on a talent of lead.*
Quo circa a recta convulsi, et ob id desides facti, oblanguescimus miseri, nec aliquando ad meliora excitamur. Quid? nec dum spiritus domini fertur super aquas, et adhuc, quod sine singultu dicere non possum, aquae sunt super faciem Abyssi. Denique ut semel cum Esaiae vaticinio finiam. haec est via inquit, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram.	Wherefore having been shaken violently from the right [path], and on account of it [the foundation*] made sluggish, wretched, we languish, nor are we ever aroused to better things. What? The spirit of the lord is not yet carried over the waters, and now, something that I cannot say without a gasp: there are waters upon the face of the Abyss. ²³³ Finally so that I may conclude once and for all with the prophecy of Isaiah: this is the path, he said, walk in it, [going] neither to the right nor to the left. ²³⁴
TH. Valete ò viri optimi, si quid deinceps erit, quo vos?	Theoleptus: Fare well, O excellent men, if there will be anything after this, where will you go?
PH. Ubi volueris, obvii erimus.	Phileremus: Wherever you wish, we'll be easy.
TH. Tamen.	Theoleptus: Still.
PH. Minervae, aut ad tuum Tartessum, quem Bromius, quem Pallas amat, navigabimus.	Phileremus: We will sail to Minerva, or to your Tartessos, which Dionysus and Athena love. ²³⁵
TH. Nihil commodius.	Theoleptus: [There's] nothing more agreeable.
{page 101} {p. G iii} Pomilio 8	{page 101} {p. G iii} Pomilio 8
Pomilio 8	Pomilio 8

²³² 1 Corinthians 3.11, and next sentence, 3.12.

²³³ Alteration of Genesis 1.2: "Terra autem erat inanis et vacua, et tenebrae erant super faciem abyssi : et spiritus Dei ferebatur super aquas" (And the earth was *inanis* and empty, and darkness was upon the face of the Abyss, and the spirit of God was carried over the waters).

²³⁴ A slight variation on Isaiah 30.21, "et aures tuae audient verbum post tergum monentis haec via ambulate in ea neque ad dexteram neque ad sinistram."

²³⁵ Tartesso, a port town on the Southern coast of Spain, thought to be a Celtic center of culture and perhaps lost to sea water; Herodotus refers to it as beyond the Pillars of Hercules, mentioned above, p. 95. Bromius is an epithet of Dionysus, meaning noisy.

NON FACILE CREDENDUM esse illis, qui novas prae se ferunt religiones. ad Reverendum Franciscum Calabrem.	Not to be easily believed by those who profess new religions. For the Reverend Francisco Calabro/i. ²³⁶
PHILEREMUS. MISOPONUS.	PHILEREMUS. MISOPONUS.
Audisti ne Misopone?	[Phileremus:] Didn't you hear, Misoponus?
MIS. Perinde atque gratius nunquam. Et si te anxiorum miseret, clarius mecum.	Misoponus: Quite and never more agreeably. And if you should feel sorry for the anxious, more clearly [you should feel sorry] for me.*
PH. de luce illa?	Phileremus: About that light?
MISO. profecto, nam sine sole quis unquam auroram vidit?	Misoponus: Certainly, for without the sun who has ever seen the dawn?
PH. ab aureo enim solis radio, aurescit aer, ex quo auroram dici, arbitrati sunt antiqui. Exorbitaverat plane sol, atque tam longe, ut iterum Phaetontem ascendisse currum, inversa rerum natura demonstrabat. Semiustulatus igitur conquestus est orbis, et suum germanum lumen interversum esse, lamentati sunt coeli. Itaque decusso illegitimo auriga, ad aequam Zodiaci clypticam reversus est sol, atque ita esse praemonstrat nascentis aurorae pellucidum iubar: tenue tamen.	Phileremus: For from the golden ray of the sun, the air becomes gold, from this [dawn] is called Aurora (Golden), the ancients thought. The sun had gone utterly out of its orbit, and so far away, that the inverted nature of things was indicating that Phaethon had mounted the chariot again. ²³⁷ Therefore the half-burnt world was bemoaned, and the skies complained that their real light was inverted. And so, with the illegitimate charioteer shaken off, the sun returned to the level elliptic of the Zodiac, and the translucent radiance of the nascent dawn, although feeble, shows it is so.
MISO. ut mihi videtur, huic tuae heraclidae orationi, est opus Oedipo coniectore, nisi forte christianorum religionem solem appelles, quae sit autem aurora, nondum intelligo.	Misoponus: As it seems to me, for this Heraclidean oration of yours, the riddle-solver Oedipus is needed, unless perhaps you are calling the sun the religion of Christians; what, however, the dawn might be, I don't yet understand. ²³⁸
PH. dixi orbem fere totum a recta detorxisse, hic error solis, ex quo late deflagravit tellus, haec est cupiditatum flamma, ac ignorantiae fumus. Repetiit sol cursum, atque iterum	Phileremus: I said that the world had almost entirely twisted away from the right [path]; this [is] the sun's error, because of which the earth was burnt down far and wide: this is the flame of

²³⁶ Note needed on Franciscum Calabrem/ Francesco Calabro.*

²³⁷ Young Phaethon wants proof that Helios, the sun-god, really is his father, so he insists on driving the chariot of the Sun, pulled by fire-breathing horses. As a result of his inexpert guidance, part of the world is burnt, some kingdoms turn to ash; cf. Dante, *Purgatorio* 4.71-72.

²³⁸ Altered quote from Plautus, *nam isti quidem hercle orationi Oedipo/ opust coniectore, qui Sphingi interpret fuit* (for this speech, by Hercules!, we need Oedipus, who was an interpreter for the Sphinx, as an oracle), *Poenulus (The Puny Punic)*, 444; but with a tangential reference to Heracleides Ponticus (c. 390-322), a Greek philosopher and astronomer attributed with suggestion that the Earth rotates.

suam praemittit hesperum, non novum, ut nonnulli opinantur: sed antiquum renovatum.	desires and the smoke of ignorance. The sun regained its course, and again sends out ahead its evening [star], not a new one, as some think, but the old one renewed.
MISO. Vix.	Misoponus: Barely.
PH. modo vix, et sat est. favet iis cum pri-	Phileremus: Only barely, and it's enough. It favors those, especially the supreme pontiff,
{page 102} {p. G iii v} Pomilio 8	{page 102} {p. G iii} Pomilio 8
mis summus pontifex, ex primoribus per pauci. Caeterum ab orbe in derisum, et exhibilationem, tenes?	very few of the princes. For the rest, do you keep apart from the world/ Rome in derision and hissing rejection?*
Miso: Multa quidem mira, et portentis ferme similia, de novo illo vitae instituto, narrantur. Aiunt enim eis cum mundo nullum esse foedus omnino, nimirum res rara nostri aevi sed totam illorum spem, ac fidutiam*, in deo sitam esse, non agros, non vineas, non domos possident, nec nisi lateritia, aut sagina utuntur suppellectile. Cellulae vix parvi hominis mensuram aequantes, quae quidem non signis, aut tabulis, sed sacris codicibus, et his admodum paucis perornantur. Ex paleis Anacliterium, vel ex pilo asini confartum, tenet gurgustii angulum.	Misoponus: Indeed many wondrous things, and almost like portents, are being told about this new practice of life. For they say that these people have absolutely no pact with the world, without doubt a rare thing for our era, but their entire hope and confidence is placed in god: they possess no fields, no vines, no homes, and except for brick walls and nourishment, they enjoy no belongings. Cells barely equaling the size of a small man, which are not even decorated with banners or paintings, but with sacred codices, and very few of these. A pillow made of chaff, or stuffed with ass-hair holds the corner of the hovel.*
Victus promiscuus, et Cibarius. non horrea, non penum, non stabula. Vestem habent incultam, villosam, mutinensem, et hanc solam, sed vulgo aliquantisper ridiculam. Tegurii limen plerique non exeunt, pauci vero, ob pietatem, vix raro. Victum neque vicatim, neque per domos hostiatim, ut hodie passim caeteri illius ordinis viri, expiscantur: sed divinis tantummodo intenti mysteriis, ab eo cui serviunt, et quem sciunt non posse non praesto esse pollicitationibus, exigunt. Non Carpentio, aut lectica (heu more	Haphazard food, and coarse. No barns, no storehouse, no stables. They have a rough garment, shaggy, from Modena, and only this, but generally somewhat laughable. ²³⁹ Most don't exit the threshold of the little shrine, few actually, on account of piety, barely ever. They don't go angling for food from street to street, nor house to house, offering by offering, as today other men of that order do here and there; but intent only upon divine mysteries, they exact promises from him whom they serve, and whom they know not to be able to not be obliging.* Not in a Carriage or

²³⁹ Note needed: Speculation: *vestem... mutinensem* is unexpected: Modena (*Mutina* in Latin) specialized in expensive cloth, and since people find the garment "ridiculam" perhaps *mutinensem* refers to Mutinus, a Roman Phallic deity, or plays on Modena/moderna.

PH. nihil iocundius. nam forte in conclavi me ad Pontificem* referente, tu in subsidiis succenturiatus eris, si quid defecero.	Phileremus: Nothing more delightful. For perhaps [after] proposing me for Pope in the conclave, you will be placed in reserve as a substitute, if I shall pass away.
ACAS. faxit deus opt. max. ut exores, quicquid orare paras. Vale interim.	Acastus: May god the best and greatest make it so that you obtain whatever you plan to pray for. In the meantime, fare well.
Et tu. Mergilinae. Pridie. Kalendas Ianuarius.	[Phileremus:] And you. Mergellina, January 4.*
{page 116} {p. H ii v} Polipus	{page 116} {p. H ii v} Polipus
Polipus	Polipus
Ad Angelum orientinum amicum.	To my friend, Angelo Orientino
POLIPUS.	Octopus.
Solventibus e Genuae portu, seu mole: et ad Laevam non longe a terra sinuatim navigantibus, mons quadraginta ferme stadiorum emensus longitudine, horridus quidem, nudus, et asper, ab incolis loci, caput montis dictum offertur: haud aliqua in re admirandus, nisi quod discoloribus naturali quodam coemento congestus lapillulis, Sesquipedale vix saxum exploranti spectandum prebet. Huic enim continuum cum fluctibus est certamen: nam reliquo sedato aequore, is raro conquiescit. Qua praeterea facie in Corsicos, ac Sardiniam, prospectat cavernosus, passimque praeruptus eminet, tum herbarum, tum arborum honore prorsus exutus: a tergo tamen multo frutice felix, et densus.	After weighing anchor from the port of Genova, or rather the wharf, and curving toward the left, sailing not far from land, there is a towering mound measuring nearly forty furlongs in length, quite horrifying, bare and savage, given the name Mound-Head/ Capodimonte* by residents of the place, scarcely remarkable for anything, except that it's heaped with different-colored pebbles in a kind of natural cement, it scarcely offers a stone a foot and a half [around] to be observed by [someone] exploring. Indeed there is a continual struggle with the swells, for although the rest of the sea is serene, that [mound] rarely settles down. Moreover with a cavernous face it gazes out at Corsicans and at Sardinia, and steep here and there, it protrudes, utterly stripped of the dignity of grasses and trees, yet from the back it is fertile and dense with many shrubs.
Efficitur porro in petricosae huius molis latere, ad orientem portus: quem, ut est memoria proditum, antiqui Delphinum dixere, modo sinum accolae: Statio quidem tutos inter liguriae secessus, bene fida carinis. Eo genuensium classes, cum hostibus	Further on a harbor is made to the east, on the side of this rocky mass, which, as it is handed down by tradition, the ancients called the Dolphin, presently neighboring peoples [call it] the bay, indeed [it is] an anchorage amid safe secluded Ligurian retreats, very safe for ships.

<p>cunctis, tum barbaris potissimum formidatae, vi aliqua ventorum impulsae, saepe divertunt. Illo Celoces. Corbitae. Pristes, Triremesque, sese ab alto tutae colligunt. Senes hispidi. Iuventus ferox. agilis bellax. Impigra. laborisque vel durissimi haudquaquam impatiens: Victum tamen, demptis retibus, imploratura. ocio identidem, ac luxui tempestatibus delphi-</p>	<p>There the fleet of the Genovese, dreaded not just by all its enemies, but most especially by foreigners/ barbarians, driven by some force of winds turns away repeatedly: in that place Cutters, Cargo ships, racing vessels, and Triremes, gather themselves together safe from the high seas. Shaggy old ones. A defiant young one, nimble, warlike. Energetic ones, and not at all perturbed by the hardest exertions: defeated nevertheless, with the snares cut away, [others] about to ask for help. In the doldrums again and again, and the dolphin fishermen shut in by storms</p>
<p>{page 117} {p. H iii} Polipus</p>	<p>{page 117} {p. H iii} Polipus</p>
<p>niaci oclusi, facile indulgentes: simulatque tranquillitatem instare praesentiscunt, armatis iterum lembis, partim pisces, partim corallia piscaturi, cuneatim exeunt. Ex quibus uni, eiusmodi sese obtulit fortuna. Quod licet lusum magis, quam* gravitatem, quae virum sylvicolam deceat, prae se ferre videatur: ea tamen animi sententia, a me scribitur, qua illud loco Paroemiae in <i>Symposiacis</i> a Plutarcho refertur. Navigatio inquit, iuxta terram: rursum ambulatio quae fit iuxta mare, iocundissima est. Siquidem et anachoritae suas habent perdices.</p>	<p>readily indulgent/ permissive, and it pretends calmness and they feel it pressing close, for a second time with a fast armed sailboat, about to go fishing, some for fish, some for coral, they move off in a wedge formation. In this way, fortune offers herself to one of these. Because it seems to show [that] although something playful may be more suitable to a forest-dweller than seriousness, nevertheless this feeling of the soul is written by me, while the former is reported in a passage of a proverb in the <i>Symposiacs</i> by Plutarch.²⁷⁰ He says, ‘a boat trip close to land, a walk back that is made close to the sea is most delightful.’ And for that the anchorites have their partridges.²⁷¹</p>
<p>Piscator igitur quidam delphiniacus, Liberide nudior, simul cum filio grandiusculo, cimbam e palo solvens, non procul nassam in profundum demisit. Quae postquam sub undis parumper morata est, multis gravida piscibus, ex trahitur. Dii boni inquit, quam fortunate hodie. Retorque puer dexteram, et</p>	<p>A certain dolphin fisherman, more naked than Liber/ Dionysus, together with his rather big son, untying the skiff from the pole, cast the net into the sea not far off. Which, after it has stayed under water for a short while, weighed down by a lot of fish, is hauled out. Good gods, he says, how lucky [you are] today! Come about to the right</p>

²⁷⁰ NOTE needed for Plutarch’s *Symposiacis*.

²⁷¹ Male partidges, as described by Pliny in his *Natural History*, display homosexual mating (when the females are incubating eggs or otherwise unavailable), Bk. 10, ch. 51.100-101: the meaning here seems to be that the anchorites have “birds” that enable them to enjoy both posterior intercourse (by land) and vaginal (by sea).

<p>laevam remitte. Retorque inquam, et illum ad scopulum applica. Retorquet puer, Remitti, applicat: ac demum cum nassa ambo gratanter exiliunt.</p>	<p>boy, and slacken on the left. Come about, I say, and land on that rock. The boy comes about, slackens and lands, and then they both jump out joyfully with the net.</p>
<p>Occurrit interim cum infanti parvulo applaudens uxor: quae communicato praedae onere, cum viro domum rediit, nassa rupi innixa. Quam subinde ut vicini gallus, escae adhuc fragmentis respersam, casu reperisset, haud diu anceps, intro sese conclusit. Vulpes interim annosam post Myricam latitans, suoapte fidens ingenio, gallum quam* primum subsecuta est. Ingressa igitur captum aggreditur. Ille contra, obstat. haec dente, et astu: ille rostro, et ungula. Nassa autem</p>	<p>Meanwhile his wife runs up cheering, with a little tot, after sharing the load of the booty, she goes back home with her husband, the net leaning on a rock. Right away a cock from the neighboring area had found by chance, still spattered with bits of bait: by no means at all hesitant, it closed it up inside itself.* An old fox hiding behind a tamarisk bush, confident of its own ingenuity, followed the cock as quickly as possible. Having moved forward [the fox] therefore attacks the captive [cock]. The cock stands and fights back. The fox with teeth and cunning, the cock with its beak and claws. However,</p>
<p>{page 118} {p. H iii v} Polipus</p>	<p>{page 118} {p. H iii v} Polipus</p>
<p>tanti iurgii impatiens, diutino nec non agitata* impulsu, e saxo demum in altum, maximo cum fragore devolvitur. Sic quae piscibus nuper foeta, e salo exierat: per aquas postea, cassis duorum tam inexorabilium hostium facta errabunda natat. Crinitus interea Polypus, fortuito non longe venans, hanc ut conspicatur accelerat, ac protensis acceptabulis, caveam cum capitivis* [captivis], ocissime raptat et ianuam ingressus, praedae inhaeret.</p>	<p>intolerant of so much strife, and having been agitated by the impact, the net at last falls down from the rock into the sea, with a great clamor. Thus, what just now [was] teeming with fish had gone forth from the brine, afterwards, emptied of two such relentless enemies, it swims through the waters, having been made to wander. Meanwhile, the tentacled Octopus, by chance hunting not far off, accelerates as soon as it catches sight of this, and with its extended graspers, it very swiftly seizes the basket with the captives, and having approached the entry, it holds fast to its prey.</p>
<p>Piscator inter haec, fortunae lenocinio plectus, ad scopulum nato comitatus, ut rursus nassam deponat revertitur. obstupet primo senex, semota nassa. At puer affixo propensius visu (huic enim aetati cesii modo sunt oculi) sub undis illam ut vidit ludentem: statim solvit, et nassam hamato fune demisso, subnexuit: Exerta itaque venatione mirabile caeteris delphiniacis spectaculum ostensum est.</p>	<p>The fisherman during all this, attracted by the allure of fortune, accompanied to the rocks by his son, as he is turning back again throws out the net. At first the old man is astonished, while the net is far-off. But the boy, readier with piercing eyesight (for at that age then the eyes are grey-blue*), as soon as he saw [it] playing under the water, immediately loosened the net and tied it underneath by a hook lowered from a</p>

	line: so with the chase laid bare, a strange sight is displayed to the other dolphin-hunters.
Caeterum secessui, haud procul sacer collis eminent, quem patres a quadam Cervariorum familia, Cervarium nuncupavere. Cui quidem undequaque arrident oleae. Myrti. Lentisci. Castanaeae. aereaeque cupressus. post haec, vinearum copia non insuavis. Citra. Ficus. et huius generis caetera: Hesperidum utique delitiae. Quandoquidem Heglen, et cum sorore Erethusam meum illum collem habitasse opinantur quidam. Illic enim meus olim amor: mea (heu cum licuit) quies, mea pax: meum silentium.	Moreover, not far at all from the secluded place a holy hillock stood out, which their ancestors called Cervaria* from a certain family of deer-like creatures. On all sides of this, olive trees smile. Myrtles. Mastic trees. Chestnuts. Towering cypresses. Behind these, a not unpleasant abundance of grapevines. Lemon trees. Fig trees. And others of this sort, by all means delights of the Hesperides. ²⁷² Since Aegle and Arethusa with her sister are thought to have inhabited that certain hillock of mine. For my love was once in that place, my (alas, when it was allowed) repose, my peace, my silence.
{page 119} {p. H iiiii} Pomilio 11	{page 119} {p. H iiiii} Pomilio 11
Pomilio 11	Pomilio 11
Aliquando desistendum esse ab incepto. Ad R. Nicolaum arch ep[iscopum] Capuanum.*	Now and then what has been started ought to be stopped. To Reverend Nicolo Archbishop of Capua.
FUNTANUS CHRYSOGONUS	Funtanus, Chrysogono [and Lucianus].
Quo vadis Chrysogone?	[Funtanus:] Where are you going, Chrysogonus?
CH. Vado iterum crucifigi. nam virum bonum semel molestiis affectum, aiunt, non plene sapientis calculum esse assecutum.	Chrysogonus: I am going to be crucified again. For a good man affected once by troubles, they say, has not fully overtaken a wise man's [game] piece.*
FUN. prorsus. si sapiens esset, nec semel, nec iterum affici posset incommodo: Sed ad eius generis iniurias etiam millies repetitas, per inde sese impenetrabilem praeberet, atque solent ad undas immotae rupes, ac sine sensu scopuli. Sic loquuntur hi qui in saeveris porticibus spatiantur.	Funtanus: Absolutely. If he had been wise, neither once nor again could he have been afflicted by discomfort. But toward injuries of this sort even if repeated a thousand times, he would have shown himself just as impenetrable, as unyielding cliffs usually are to waves, and crags without feeling. So say these [men] who move about in austere/ severe porticoes.

²⁷² The Hesperides in mythology are evening nymphs charged with safe-guarding the gardens of Hera; the narrator appears to say that, earlier, when allowed, he had enjoyed their golden fruits.

<p>CH. hoc quidem inter Stoicos, et nostrae professionis viros interesse arbitror: quod illi suum sapientem inanimum ferme, et quasi truncum in cruciatibus esse somniant: nostri autem melius. quippe qui suum eum sapientem autumant, qui et animatus sit, dolorique subiectus, sed ea animi aequabilitate, ac robore, ut ne lineam quidem transversam doloribus cedat, dimoveaturque a iusti viri officio, et statu. Quanto igitur firmiter quam Stoici, Paulus. In omnibus ait, tribulationem patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur.</p>	<p>Chrysogonus: Indeed I think this is the difference between Stoics and men of our profession, that they might dream their wise-man to be almost inanimate and as though a tree trunk in tortures; ours, however, [dream] better. Obviously those who proclaim it their wise-man, even that he may be animated and subject to pain, but with that equanimity of soul (<i>animi</i>), and strength, that he would not yield even a transverse line to pain, and be removed from the service and position of a just man. How much more staunch than the Stoics, is Paul. In all things, he says, we suffer tribulation, but we are not hard pressed.²⁷³ We are uncertain but we are not left in the lurch.</p>
<p>Itaque unico servatoris nostri ictu, quo Simon admonetur eo trahendus quo nollet, omnia stoicorum somnia dissipata sunt. Patitur igitur vir sapiens: afficitur: commoveturque sed tamen abest ut a molestiis tam acerbè vexari existimem quo minus eiusdem possit esse semper coloris, atque animi ut de Socrate legimus, sive in secundis, sive in adversiis* traducenda sit vita. quam quidem animi stabilitatem non minus vere, quam docte</p>	<p>So after a single blow of our savior, by which Simon is persuaded that he must therefore carry what he would rather not, all dreams of the Stoics are dispersed. Hence, the wise man suffers, he is afflicted, and he is moved, but yet it is far from [the case] that I deem [him] to be so harshly vexed by troubles that he may not always be of the same color, and of the [same] soul (<i>animi</i>) as we read about Socrates, whether his life may be passed in favorable or in adverse [conditions]. Indeed Paul demonstrated that stability of soul (<i>animi</i>) in himself no less truthfully than learnedly,</p>
<p>{page 120} {p. H iii v} Pomilio 11</p>	<p>{page 120} {p. H iii v} Pomilio 11</p>
<p>in se demonstravit Paulus, cum, inquit. sive Vivimus, sive morimur domini sumus. Quapropter quo in genere tormentorum: aut in qua orbis regione excrucietur sapiens, haudquaquam referre putat. Eadem enim vultus saeveritate, aequè mollia uti aspera intuebitur: superabitque: sentiet tamen, ac dolore afficietur. Quid quaeso turpius illo qui in molestiis prae fracte quidem nimium dolet? Nescio sane an plus ille detestandus sit qui</p>	<p>when he said, “whether we live or whether we die, we are of the Lord.”²⁷⁴ For this reason in whatever kind of torment, or in whatever region of the orb the wise man is tortured, he thinks it matters not at all. With the same severity of face, he will consider tender [things] as harsh, and he will overcome [them]; nevertheless he will feel and will be afflicted by pain. What, I ask, is more shameful than he who in troubles feels pain really too harshly? I don’t quite know whether a man</p>

²⁷³ Paul, 2 Corinthians 4.8-9.

²⁷⁴ Paul, Romans, 14.8.

<p>crudeliter in alterum desaeuiat, an is qui muliebriter in iniuriis eiulet, atque ingemiscat, ut nuper ex nostris quosdam vidimus adeo confractos an, imout* [errata corrects to animo ut] pene insanirent, Sed, ut opinor, Stoicorum indolentiam ita probas, et asseris, ut nec ab ironia vaces.</p>	<p>should be more detested who cruelly vents his rage on another, or one who howls against injuries in a womanly way, and moans, as just now we have seem some of our [people] so shattered in the soul (<i>animo</i>), that they almost (<i>pene</i>) go crazy. But, as I see it, you endorse and assert the Stoics' freedom from pain, as though you were devoid of irony.</p>
<p>LUC. recte opinaris. Quamobrem hoc modo philosophantibus omissis, magis domestica pertractemus.</p>	<p>Lucanus: [Added character]: You surmise correctly. On account of which in this way, we could better manage domestic [matters] with the philosophizers set aside.</p>
<p>CH. ut vis.</p>	<p>Chrysogonus: As you wish.</p>
<p>LU. mirantur plerique ó Chrysogone, et, nec sine ratione quidem, quaerere solent, quo proposito, quae animi constantia a nonnullis ea quae nuper ab illis ipsis uti vilia, et quamminimi momenti pondus prae se ferrentia* [sic], fuerint abiecta, sint denuo repetita. Aut enim, aiunt, in re ipsa intermissa [sic] turpitudine fuit deprehensa, aut ab illo qui repudiavit, manavit error: aut recte [errata corrects to certe] ab utroque fuit peccatum.</p>	<p>Lucanus: A great many are astounded, O Chrysogonus, and indeed not without reason, who typically inquire, for what purpose, or with what steadfastness of the soul (<i>animi</i>) some men have taken back up for a second time those things which they themselves just cast aside as base, and carrying before them a weight of the slightest importance. For, they say, either in the interrupted affair itself, the disgrace was discovered, or the error flowed from that one who repudiated [it], or rightly it was a sin by both.</p>
<p>Atqui satis amplum stultitiae genus esse arbitrantur, illud ipsum vel sectari, vel amplecti, ex quo scias oriri posse aut turpitudinem, aut damnum: sed miserius, si repetieris, quod iam olim ut turpe abieceris. quin neque a levitatis nota vacare eum, qui et si imprudenter in aliquo haud prorsus recto, ferendo tamen, se se</p>	<p>And yet they think it a rather widespread type of foolishness, that very thing to be either pursued or embraced, from which you would know either shame or injury can arise; but you'd be more wretched, if you were to take back up again what you have already in the past thrown aside as shameful. So that he is not free from a mark of levity, who, even if he has involved himself so unmindfully in something by no means entirely right, to be endured nevertheless,</p>
<p>{page 121} {p. H v} Pomilio 11</p>	<p>{page 121} {p. H v} Pomilio 11</p>
<p>immiscuerit, ab incepto declinat, et rem alioqui ad rectam reducendam lineam, iam in ulnas receptam deserit, atque contemnit. Etenim hunc parvi pensi hominem appellare soliti sumus.</p>	<p>turns aside from what was begun, and in any case in guiding [it] back to the right line, he now abandons the thing he'd received in his arms and disdains [it].* As a matter of fact, we usually call this [one] a man of little substance.*</p>

<p>CH. felix Lacedemoniorum respublica ó Luciane, si in re periculosa et ut videbatur exitialis, ad [ab*] incaepo destitisset Callicratides, et Cleombrotus non tam temere suorum timuisset invidiam, cum tam funesta suorum Civium clade, ex qua Lacedemoniorum opes, ut ait Cicero corruere. omnino itaque a caepo removendus est vir bonus, in re nefaria maxime si fuit exordium [sic, no period] Quid oro in re turpi, vel commodi, vel glorie nancisci* potuit? Errant igitur qui in eiusmodi actionis remissione levitatis infamiam verentur, de qua quidem turpiorem postea, stultitiae scilicet, et temeritatis incurrant, ut illi quos nuper commemoravi.</p>	<p>Chrysogonus: Fortunate [would have been] the republic of the Spartans, O Lucianus, if in a dangerous situation, and deadly, as it seemed, Callicratidas had desisted from what was begun and Cleombrotus had not dreaded the hatred of his men so rashly with such a disastrous slaughter of his [fellow] citizens, because of which, as Cicero said, the power of the Spartans collapsed.²⁷⁵ And so a good man must be removed altogether from what was begun, especially if the beginning was in a nefarious thing. What, I pray, of glory or benefit could be obtained in a shameful thing? Therefore they are wrong who in this sort of letting go of action dread the infamy of levity, about which indeed afterwards they incur the more shameful [infamy], namely of stupidity and temerity, as those men whom I just evoked.</p>
<p>Et haec de re omnino inutili, et turpi sint dicta. Secus vero dicendum de re bona, sed ex qua nasci potest perturbatio aliqua vel molestia (aiunt enim antiqui mala omnia a bono principio originem habere) aliquo tamen modo vel tollerenda, vel ad commodiorem statum perducenda. Siquidem magna pericula virum fortem paululum forsitan movere possunt, parva neutiquam.</p>	<p>And these things may be said about a wholly worthless and shameful thing. However, one should speak differently (<i>secus</i>) about a good thing but [one] from which somehow a perturbation can arise or a woe (for the ancients say that all evils have their origin from a good beginning) in some way nevertheless it must be either lifted up or guided to a more convenient position. If indeed great dangers can perhaps move a strong man a little, small ones by no means.</p>
<p>Verum omnia vir bonus, modo a turpitudine sint libera, in suum trahit colorem: nam quae turpia sunt, ne dum sunt adeunda, sed fugienda omnino, et a sapientum congressu dimovenda. Ex quo videri potest sapientem aliquem a caepo saepenumero subtrahi: non</p>	<p>However a good man, if only all things may be freed from shamefulness, draws [them] into his color, for things which are shameful, are not only not to be added, but to be altogether shunned and dismissed from the intercourse of wise men. From which it can be seen that a wise-man very</p>

²⁷⁵ Cicero *De Officiis*, 1.84: The point addressed is that insistence of personal glory can cause ruinous results for one's country. Callicratidas was a Spartan naval commander in the Peloponnesian War, killed in 406 BCE. Cicero portrays Callicratidas refusing to back down from an impending naval disaster saying effectively, "the Spartans can build another fleet, but cannot retreat without dishonor. Cleombrotus I was a Spartan king who reigned from 380 BCE until his death in 371 BCE at the Battle of Leuctra: he engaged the Theban forces under Epaminondas for fear of being judged badly by his own men and lost his life and Spartan control in the region.

quod ipsa per se sit detestabilis provincia nec is qui deserit appellari queat vel stultus, vel inconstans: sed quia	often is removed from something begun, not because the sphere of duty itself is detestable nor [because] he who gives up could be called either foolish or fickle, but because
{page 122} {p. H v v} Pomilio 11	{page 122} {p. H v v} Pomilio 11
pro tempore eadem ipsa res [errata corrects to quam bonam] bona esse existimat, uti vere est, quibusdam exteris interdum coercetur angustiis, ut vix optimo cuique sit integra in ea ut caepit perseverandi facultas. Recte igitur cedit vir sapiens ad tempus: ne in re illa in qua nihil aliud laborando, quam odium multorum acquiri animadvertit, aetatem omnem invitis (ut aiunt) diis consumpsisse videatur.	for the time being, that very same thing however good he esteems [it] to be, as truly it is, now and then is confined in certain strange narrow straits, so that scarcely for the best [man] and whose skill in persevering in it as he began would hardly be intact.* A wise man therefore rightly yields to time, lest he turn his mind to obtain by laboring with regard to that thing in which there is nothing else than the hatred of many, [lest] he might seem to have consumed his whole life (as they say) with the gods unwilling. ^{276*}
An vero proposui mutatio in bono viro laudanda sit, vel ne, iudicent hi, quibus antiquorum gesta perspecta sunt sapientium. sed stulte profecto ageret nauta, qui semel, atque etiam, maris saevitiam expertus, redditae tranquillitatis occasionem non capesceret: ac navigationem, sedatis undis, non repeteret, udoque fungeretur. lam plus aequo nostrum incruduerat mare: sed nunc venti, ut audio, quievere. Quis igitur reditum ad navigandum prohibet? quis tam saevus? In eadem enim fere sunt culpa, et qui naufragum arcent a litore, et qui navigantem in tranquillo, a libero mari.	Whether truly I have proposed [that] mutation in a good man ought to be praised, or not, these [people] will judge, who have examined the deeds of ancient wise men. But certainly the sailor would have acted foolishly, who, having experienced the fierceness of the sea, once and yet again, would not have seized the occasion of restored tranquility, and return to sailing when the waters had calmed, and discharge his duty in the water.* Already our sea had grown more savage than calm, but now the winds, as I hear, have quieted. Who then prohibits a return to navigating? Who [is] so cruel? For they are almost in the same offense: those who keep a shipwrecked person away from the shore and [those who keep] someone navigating in tranquility away from the open sea.*
Quid si ille, ut iterum virum bonum ab errore vendicemus, qui caepta deserit, meliora interim, quod ad reditum invitent caelites, exequitur? Semper itaque cum viro bono, sive in inchoato perseveret, sive desistat, nusquam non optime agitur. quippe bona	What if that one who quits things begun, so that once again we would reclaim a good man from error, meanwhile accomplishes better things, because the gods would invite [him] to return. And so always with a good man, whether one might persist in something started, or leave off,

²⁷⁶ Emphasis is put on *invitis* (unwilling) making it seem part of the *in-vitium* word play above.

<p>qui* melioribus, meliora optimis solatio mutuo temperare est solitus. iam et frequenter accidit ut ex bonorum virorum consuetudine, et societate ea ipsa reddantur optima, et perfecta, quae ne bona quidem apud nonnullos esse existimabantur. sed infelicissima illorum conditio qui sive ira, sive simultate aliqua moti, honestis sane viris, atque ad decoranda quaevis etiam minus hone-</p>	<p>nothing is ever done not excellently. Naturally, one usually tempers good things with better, better [things] with the best, for mutual solace. It happens often that both from the intimacy/ familiarity of good men, and from that very society, the best and perfect may be restored, which were not even thought by some men to be good. But their condition is extremely unfortunate, those who, motivated either by anger or by some enmity, with quite honorable men, and suitable for adorning whatever thing even less honorable, obstruct the route to that first one interrupted judiciously,</p>
<p>{page 123} {p. H vi} Pomilio 11 end</p>	<p>{page 123} {p. H vi} Pomilio 11 end</p>
<p>sta idoneis, ad primum illud rationabiliter intermissum, iter obstruunt: vel si obstruere pudor vetat, id saepe agunt quod mulieres, quae adulto infanti mammas quidem admovent, sed adeo tristibus infectas succis, ut magis puerum a lacte dimoveant, quam provocent. Invidiae prosus sunt haec, atque iniquitatis indicia. Itaque neque a re ipsa saepe, neque a desertore, sed a causa nescio quae aliunde exorta nascitur illa vulgi opinio, ut levem illum asserant, et inconstantem, qui* tum firmiter, tum sapienter ad rerum* eventus, atque ut tempus postulat, sive perfectio, sive reversio fienda sit, se se accommodat.</p>	<p>or if decency prohibits obstructing, they often do what women [do], who bring their breasts close even to a mature infant, but so infected with wretched liquid, that the more they remove the child from the milk, the more they provoke [the child to want milk]. These are by all means indications of jealousy and unfairness.* And so, often not from the thing itself, nor from the deserter, but from some cause, I don't know what, arisen somewhere else, that opinion of the masses is born, that allege that one to be frivolous and inconstant, who first firmly, then wisely, and as time demands, whether perfection or a reversal may be made, adapts himself/ itself to the outcome of things.</p>
<p>FON. Reclamabunt hostes, et concoctam iam remonent bilem.</p>	<p>Funtanus: [here spelled Fontanus]: The enemies will cry out, and already they are removing ripened bile.</p>
<p>CH. Et hi quoque patientia superandi erunt.</p>	<p>Chrysogonus: And with patience they too will be overcome.</p>
<p>FON. aquas turbarum dabunt.</p>	<p>Funtanus: [Fontanus]: They will give waters of tumults.</p>
<p>CH. Ego ignem illum congestum, quo a Paulo, ad promerendam inimicorum gratiam, provocamur regeram. omnia denique cum Paulo ero omnibus, modo resarciatur inter</p>	<p>Chrysogonus: I will retort: that fire [is] built up, by which according to Paul we are summoned to meriting the grace of our enemies.* Lastly, with Paul, I will be all things to all men, if only Christ</p>

nos Christus amor scilicet et benevolentia illa, quae ab impiorum vita aequae horret, uti a tenebris sol solet. Romae.	might be restored among us, love, that is and that benevolence which shrinks from the life of the wicked just as the sun usually [shrinks] from the shadows. ^{277*} Rome.
Pomilio 12 (page 123; p. H vi)	Pomilio 12 (page 123; p. H vi)
Remigratio	Return
CHRYSOGONUS LUCIANUS. REMIGRATIO	Chrysogonus, Lucianus: Return.
Remigras Chrysogome [sic, Chrysogone]?	[Lucianus:] Are you returning, Chrysogonus?
CH. post quadrimos saltus, ad antiqua remeo stabula, iterum saltans.	Chrysogonus: After four-year leaps, I am coming back to the old stables, leaping again. ²⁷⁸
LUC. oh salvam rem esse arbitror, simulatque saltantem prospitio senem. sed quos saltus ais Paralysis?	Lucianus: Oh, I think it's a safe thing, the moment I see an old man far off leaping. But what leaps do you mean – Palsy?
CH. A Mintio primum, infaustum usque ad Conarum. deinde a Conaro ad imas Apenini radices: deinceps per nivosas pelignorum alpes ab Apenino me felix pelexit Campania. postremo ad Euganeas resilio paludes.	Chrysogonus: The first from the Mincio, an inauspicious one to [Monte] Conaro. Then from Conaro to the deepest roots of the Apennines, after that, favorable Campania enticed me away from the Apennines across the snowy alps of the Paeligni. ²⁷⁹ Finally I leap back to the Euganean marshes.
LU. in mentem venit mysticum illud de dilecto	Lucianus: That mystical nuptial song comes to mind about the beloved,
{page 124} {p. H vi v} Pomilio 12	{page 124} {p. H vi v} Pomilio 12
epithalamium, in quo illum Capreae, cervorumque hinulo* similem esse iurat sponsa, per colles ac montes saltanti.	in which the bride swears that he is like a young goat and a young hart, leaping across hills and mountains. ^{280*}

²⁷⁷ Paul, I Corinthians, 9.22.

²⁷⁸ Given that *saltus* (a leap) and forms of the verb *salto*, *saltare* (to leap; Italian burlesque code: to have sex) are used extensively in this dialogue, perhaps it should be noted that *saltus* also means a narrow passage and rough agrarian land and, according to J.N. Adams, was one of the agrarian words used by Latin writers for *cunnus* (female genitalia) and *culus* (buttocks, anus), op. cit., p. 24, 113; here the comic effect seems to be achieved by the insistent repetition, rather than by specific referents.

²⁷⁹ The Paeligni (Peligni) were an Italic tribe living in what is now the Valle Peligna, Abruzzo.

²⁸⁰ Song of Solomon, 2.8-9; work cited above p. 45, 104.

<p>CH. dilectus enim ille cuius Cincinni rore pleni esse dicuntur, per mystica montium supercilia, atque per humiliores cordium clivos (nam superbus* est) aenigmaticis solet subsilire saltibus, ut quondam in praefinito tempore a patre, caelo egressus, terras has miseras unico invisit saltu: quibus vix tactis, tanquam qui de torrente in via bibit, caelos, iterum, unde nunquam discesserat, repetiit. Qui saltus sive mortalium, sive sint Caelitum cum his comparandi? saltavit et olim Abraam, atque exultavit ut videret diem domini: saltavit et eius frater de sulphurea sodomorum procella ad montem.</p>	<p>Chrysogonus: The beloved, in fact, whose locks they say are full of dew, through the mystic brows of the mountains and through the more humble slopes of hearts (for he is haughty), usually springs up with enigmatic leaps, as formerly in a time determined by the father: after leaving the sky, he visited these wretched lands with a single leap; having scarcely touched these, like one who drinks from a torrent in the path, he sought again the heavens as though he had never left.²⁸¹ What leaps, whether of mortals or of gods, would be comparable to these? Even Abraham leapt once and exulted that he had seen the day of the lord; his brother also leapt from the sulfurous storms of the sodomites to the mountain.²⁸²</p>
<p>Quid dicam de felicissimo Eliae saltu ad nubes? Sed et coram arca testamenti, quamquam planioribus numeris saltavit David. Saltat denique et nunc etiam perfectissimus quisque, cum de virtute in virtutem videtur deus deorum in Syon.</p>	<p>What shall I say of the blessed leap of Elijah into the clouds?²⁸³ But David too leapt before the ark of the covenant, although with simpler melodies.²⁸⁴ Finally, now actually everyone who is extremely perfect leaps, when from virtue to virtue the god of gods is seen in Zion.^{285*}</p>
<p>Quo quidem nomine, aut titulo, saltum illum adornem, quo vir sanctus per foedas molestiarum valles festinans, nunc tumoris colles, nunc altiores Philauctiae montes praetervolans, ad illud sublime perfectionis fastigium iam pervenit, ut cum Paulo se se intermisisse dicat incohationis Christi sermonem, non rursus iaciens fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis, et fidei ad Deum: sed pro consuetudine exercitatos habens sensus ad discretionem boni, et mali: perficit sanctificationem in timore domini? ó beatorum mentium huiusmodi excessus. At ò nos</p>	<p>Indeed by what name or title, may I embellish that leap, with which the holy man rushing through the foul valleys of troubles, now flying beyond the swelling hills, now beyond the loftier mountains of Philautia (Self-love), soon reaches that exalted peak of perfection, so that with Paul he would declare himself to have interrupted the word of the beginning of Christ, not laying again the foundation of penitence/ penance from works of the dead, and faith toward God, but for intimacy having senses trained for the discernment of good and bad, he brings about sanctification with regard to fear of the lord?²⁸⁶ O blessed excesses of these sorts of minds. But O</p>

²⁸¹ Psalms 109.7.

²⁸² Cf. Genesis 12-14.

²⁸³ 1 Kings 18.43.

²⁸⁴ 2 Samuel 6.14-21.

²⁸⁵ Psalms 83.8 (or 84.7).

²⁸⁶ Paul, Hebrews, 6.1 and 5.14; final phrase: 2 Corinthians 7.1. The word *consuetudine* (here, custom), is used throughout the text to mean social intercourse, intimacy, etc. starting at p. 3.

infelices. Quid quaeso Luciane nostra conditione mi[-]	unlucky us. What, I ask, is more wretched, Lucianus, than our condition?
{page 125} {p. H vii} Pomilio 12	{page 125} {p. H vii} Pomilio 12
serius? Quid nostro arbitrio infirmius, corruptiusque? Quid tam in belvis detestandum quam in nobis vel ambitio, vel cupiditas? iam et nostrum unicuique sui sunt saltus, vel hi quidem, quibus de Craticula, quod aiunt, in prunas. Huius enim generis fuere olim apud Romanos, Tiberii saltus, et Neronis: apud iudeos Roboami, et Acabi tyrannorum. Sed et illud infelicissimum saltationis genus, qua de fonte in lacunas desilitur, uti quondam imperatorum pessimus Iulianus: sed ante eum, Christi venditor Iudas. nuper ex nostris nonnulli, quorum memoria adhuc est recens.	What is more feeble than our judgment and more corrupt? What is to be detested as much in animals as in us than ambition, or passion? And already for each one of us there are leaps, or even indeed these by which [we go] from the grate, as they say, into the live coals. For there were those of this sort formerly among the Romans, the leapers of Tiberius and of Nero, among the Jews of Roboam, and of the tyrants of Ahab. ²⁸⁷ But even that sort of leaping is unproductive, by which one leaps down from the fountain into gaps, as once Julianus the most wicked of emperors [leapt], but before him, Judas the seller of Christ. ²⁸⁸ In our day not a few of us [have leapt], whose memory as yet is fresh.*
Nimum de alius dico, proinde ad meos saltus redeo. putabam enim (quis non putasset in tam bellis pollicitationum naeniis?) meum fore ultimum in Agathae villa [errata corrects villae] sublimi. Sed nondum Aquilii formulae Caprollam attigerant. Quid doli mali inanimas rupes insimulo? Multi enim Cannii: sed plures Pythii. quid plures aio? Unus inventus est qui fabulam totam de Cymba, de pisce, de scalmo confecit, et perfecit nomina.	I speak too much of other things, thus I am coming back to my leapings. For I was thinking (who would not have thought about such beautiful funeral dirges of promises?) my last [rites] would be in the sublime villa of Sant'Agata.* ²⁸⁹ But the [legal] forms of Aquilius had not yet reached Crapola. ²⁹⁰ What <i>dolo malo</i> (criminal fraud) can I accuse the inanimate cliffs of? Many are [like] Canius, more are like Pythius. ²⁹¹ Why do I say more? One was found

²⁸⁷ Roboam (or Rehoboam) was a 10th century BCE king of the Kingdom of Judah. He was the son of Solomon and a grandson of David; Ahab (Acab) was King of Judah (c. 870-850 BCE), married to Jezebel, mentioned above, p. 51.

²⁸⁸ Julianus bought his way into the position and then managed to stay emperor of Rome for only nine weeks before being killed by his successor in 193.

²⁸⁹ Saint Agatha of the Two Golfs (Salerno and Naples) is still the seat of a Benedictine monastery, located on the Massa Lubrense promontory, mentioned above, p. 25 et passim.

²⁹⁰ Caius Aquilius Gallus (c. 116-44 BCE) Roman jurist, praeter in 66, friend of Cicero, known for his legal decision, *actio de dolo (malo)* which allows defrauded people to be reimbursed.

²⁹¹ Cicero gives a detailed account of an elaborate fraud perpetrated by Pythius on Caius Canius, involving boats, fish etc., in *De Officiis*, 3.14.

	who constructed the whole story of boats, of fish, of oar-pins, and completed the accounts.
Erro iterum. nondum enim stabilis divinae providentiae oculus, de quo immortalium mentium cardo omnis, velit nolit, vegetiores, quam qui desyderari queant, auspicatur motus, raros vasto in gurgite vere nantes despexerat. Quis enim in tam saevo, tetroque procellarum tumultu, propriae se tuto credat cortici.	I am rambling again. For the not yet steady eye of divine providence, from which each pivot of immortal minds, willingly or not, inaugurates more energetic movements than those [that] could be discussed/ desired, looked down on a few men truly swimming in the vast gulf.* For who, in such a cruel and dismal tumult of storms, could believe himself safe in his own bark.
LU. huiusmodi doli mali reos, pollinctores rectius, quam pollicitatores appellaverim. praeterea raro tam dulces gerrulae * carere possunt praestigiis.	Lucianus: In this sort of criminal fraud, I should more properly call the perpetrators undertakers than promise-makers. Besides, rarely can such sweet carriers/wicker-works * be lacking illusions.
CH. se se iactet ut lubet gens illa. Satur sum, nam meus me antiquus manet nidus.	Chrysogonus: Let those people boast as they please. I am content, for my old nest awaits me.*
LUC. Me deseris?	Lucianus: You're abandoning me?
CH.	Chrysogonus:
{page 126} {p. H vii v} Pomilio 12 end	{page 126} {p. H vii v} Pomilio 12 end
Sic opus est: quandoquidem mihi hodie praetervadandus est cum luce Rubicon.	It must be so: since today I have to cross over the Rubicon with the light.
LUC. Vale igitur mi Storax.	Lucianus: Fare well my sweetgum.
CH. Et tu cordialis amicorum pulville. Arimini. Pridie id. Maii.	Chrysogonus: And you, cordial pillow of friends. Rimini, May 14.
Pomilio 13 – Massa (page 126; p. H vii v)	Pomilio 13 – Massa (page 126; p. H vii v)
Ad Magnificum Ioan. anto. Alexandrium amicum.	To Magnificent Giovanni Antonio, Alexandrian friend.
DE NOMINE EREMI CAPROLAE. Et Massae urbis.	On the name of the hermitage of Crapola, and the city of Massa. ²⁹²
CHRYSOGONUS LYSANDER.	Chrysogonus, Lysander. ²⁹³

²⁹² Now called Massa Lubrense, a municipality on the Sorrentine peninsula, see note p. 25.

²⁹³ The name Lysander recalls the famous Spartan who preceded Callicratidas (mentioned above) as commander and later returned to power, as ruler, but it could be unrelated.

<p>Nuper ó Chrysogonus cum Romae in libraria quadam taberna, ego et Iulius noster nescio quid literarum una commentaremur, casu inter nos est dictum in eadem officina tuam esse ad Alarconem, de vallis Siciliana nomine interpretationem. hanc cum primum oblatam legi. et, ut verum dicam, avidissime perlegi. Placuit mehercule mirum immodum: exarsique non mediocriter* [errata corrects repetition of -cri] abste sciscitari, quid sibi velit huius nostrae civitatis nomen. quid Caprollae. Mirum quantis involuta quorundam ambagibus, res in involucro versetur, quae quidem nisi opportuna ferantur suppetiae, interibit omnino.</p>	<p>Lysander: Just now, O Chrysogonus, when in Rome at some bookstore, our Julius and I were discussing together I don't know what writings, by chance something was said between us about your interpretation for Alarcon concerning the name of the Valle Siciliana being in this same shop.*²⁹⁴ As soon as it was brought, I read it and to tell the truth, I read it through very avidly. By Hercules, it is indeed wondrously pleasing, and I burned not a little to ask questions of you: what does the name of this city of ours mean. Why Caprola/ Crapola? It is amazing with how many riddles it has been enveloped by some people, a thing turned over and over in wraps, which indeed unless opportune assistance be brought in, will perish altogether.</p>
<p>CH. Vellem ó Lysander cum Christianus sis, Christianum etiam, si in re aliqua citandus esset testis, testem adhiberes. Quae, inquit Paulus, nobis conventio cum Belial?</p>	<p>Chrysogonus: I would like, O Lysander, since you are Christian, if a witness (<i>testis</i>) were to be summoned in any matter, you would bring in a witness [who was] also Christian. What covenant, says Paul, from us with Belial?²⁹⁵</p>
<p>Ly. aedepol ó Chrysogone de quo teste dicas, plane me latet.</p>	<p>Lysander: By Pollux, O Chrysogonus, what witness (<i>teste</i>) you might be talking about, utterly escapes me.</p>
<p>CHR. Res profecto in tuto est.</p>	<p>Chrysogonus: Surely the matter stands safely.*</p>
<p>Ly. Miror quid narres.</p>	<p>Lysander: I am amazed by what you are saying.</p>
<p>CHR. In</p>	<p>Chrysogonus:</p>
<p>{page 127} {p. H viii} Massa</p>	<p>{page 127} {p. H viii} Massa</p>
<p>conventis plerisque, unum et alterum sufficere aiunt testem, vel hunc mortalem, et bona fide probum: at tu (hui tutius) scelestos nescio quos citasti deos. O indignos nostrorum literatorum mores. Insaniam, si tu</p>	<p>In most agreements, they say one and another witness (<i>testem</i>) are sufficient, even this one mortal and in good faith upright, but you (whee! more safely) mustered I don't know which accursed gods.* O intolerable customs of our</p>

²⁹⁴ Hernando de Alarcon (1466-1540) was a Spanish soldier who fought various wars in Italy: with Fabrizio Colonna, for Charles V, and against the French and Clement VII; Charles V made him Marquis of the Valle Siciliana, in the mountains of Abruzzo, about 40K South of Ascoli Piceno and 40K West of Pescara.

²⁹⁵ A misquotation of a well known phrase from 2 Corinthians 6.15: quae autem conventio Christi ad Belial? (And what concord hath Christ with Belial?).

<p>qui Christianam profiteris Rhetoricen, alioqui candide, et erudite, ne schedulam quidem minimam ad amicos queas scribere, quae centies non sit Castore, et Polluce intertexta.</p>	<p>literature.* I will go crazy, if you, who profess Christian rhetoric, in some respects candidly, and eruditely, aren't even able to write the briefest document to friends, which is not interwoven a hundred times with Castor and Pollux.</p>
<p>Ly. his enim gemmis perornatur [errata corrects pornatur] oratio, salva tamen in suo statu permanente religione.</p>	<p>Lysander: For an oration is embellished with these gems, yet safe in its standing as an enduring religion.*</p>
<p>CH. Vide quid agas? etiamnum gemmas vocas tam detestabiles voces. In re seria licuit forsitan vel Caecilio, vel Senecae suas lacunas accire Stygias, sed Christianum vel ioco quidem, eius generis testes, ac iuratos commiscere deos, minus decere arbitror, quam si vel Brassicam: vel Betam, vel ventrosam quoque citaret Cucurbitam. Insulse igitur Reginaldus noster narnius, qui in Epistola illa sua ad me tam grandi lucerna elucubrata, passim Herculem nusquam Christum nominat.</p>	<p>Chrysogonus: Do you see what you would do? You still term such detestable terms gems. Perhaps in a serious matter Caecilius is permitted, or Seneca to call upon their Stygian pits, but I think it is less proper for a Christian, even in jest, to intermingle witnesses (<i>testes</i>) of this sort and sworn gods, than if he should cite Cabbage, or a Beet, or even a paunchy gourd.²⁹⁶ Therefore foolishly our more experienced Reginald, who in that Epistle of his to me composed by such a great oil-lamp, here and there names Hercules, never Christ.²⁹⁷</p>
<p>Haec pauca tecum amanter o Lysander, quem cupio a triviis vindicare: et quem sciam dente magis amicorum delectari, quam palponum blanditiis, conferre libuit. huiusmodi enim instituti amicos invicem esse decet (de amicitiiis communibus non loquor) ut verum semper, falsum nunquam loquantur: Neque minus quicquam in illis locum habere, quam illud comicum. veritatem scilicet odium parere. Quod quidem a Cic. [Cicerone] quoque fuit animadversum, in suo Lelio. In amicitia,</p>	<p>These few things, O Lysander, it is pleasing to discuss lovingly with you, whom I wish to reclaim from the crossroads, and whom I would know to be delighted more by the biting of friends, than by the compliments of flatterers. For in this sort of practice/ institute, it is fitting that friends take turns (I am not speaking about ordinary/ common friendships) so that they always speak the truth, and never falsehood. Nor does anything have less place in these than that comic [place]. That is, for truth to beget hate. That indeed was also noted by Cicero, in his Laelius.²⁹⁸ In friendship, he says,</p>

²⁹⁶ Caecilius Statius (c. 220 - c. 166 BCE) was born in Gaul-controlled Italy; after serving as a slave in Rome, he later made a living adapting Greek plays for the Roman stage, named above, p. 17. For *Brassicam*, *Betam* (cabbage, beet) see Plautus, *Pseudolus*, 815 and "Botanical metaphors," in Adams, *Latin Sexual Vocabulary*, where they are identified with the penis, p. 26.

²⁹⁷ NOTE: Seeing "Reginaldus" one inevitably thinks of Reginald Pole to whom G.B. Folengo will dedicate his edition of the *Commentaries on the First Epistle of St. John* (1546), but this may be another Reginaldus, described as *narnius*, possibly for "da Narni" [Latin, Narnia] a town in Umbria where the Benedictine Abbey of San Cassiano is situated.

²⁹⁸ Cicero, *De amicitia*, 8.26 (Laelius speaking).

inquit, nihil fictum, nihil simulatum. sed quicquid est, verum, et voluntarium.	there is nothing made up, nothing simulated. But whatever exists, is genuine and voluntary.
{page 128} {p. H viii v} Massa	{page 128} {p. H viii v} Massa
LY. Sic mihi quoque videtur.	Lysander: It seems that way to me too.
CH. ad Caprolam redeo, ut satis tibi faciam, quam tamen Capronam libentius appellaverim: pronam videlicet comam a capite. sic enim hoc nomen interpretantur. Oculos parumper, te quaeso, ab imo hoc clivulo ad summum usque per gradus, montis fastigium sustolle: et circumspice an similius quicquam excogitari possit? Vide, quomodo rigidum illud, et prominens in apice supercilium, quoddam prae se ferat, instar humani vultus, sincipitium.	Chrysogonus: So that I might satisfy you/ make amends, I come back to Caprola, which I would more willingly call Caprona, that is the hair sloping forward from the head. ²⁹⁹ For they interpret this name thus. I ask you, to raise your eyes on high for a little while, from the bottom of this hill to the top, by steps all the way to the peak of the mountain, and look around – whether anything could be conceived [to be] more alike?* Look, how that rigid and prominent brow at the summit, displays a certain side of a head, like a human face.
